liceṭur.Et ideò fortè multis quæ dare diſpoſuit prius
pollicetur:ut ex ꝓmiſſiõe deuotio excitet̃: ſicq; qđ gra
tis daturus erat:deuota oratio ꝓmereat̃. Sic pius dñs
qui oẽs hoies uult ſaluos fieri merita nobis extorquet à
nobis:& dum nos præuenit tribuendo:quod retribuat
gratis agit ne gratis tribuat.Hoc utiq; prudẽs v̄go in-
tellexit:qñ præuenienti ſe muneri gratuitæ ꝓmiſſionis
iunxit meritũ ſuæ orationis:fiat(inquiẽs) mihi ſm uer-
bum tuũ.Fiat mihi de uerbo ſecundũ uerbum tuũ.Ver-
bũ qđ erat in pricipio apud deũ:fiat caro de carne mea:
ſm uerbũ tuũ.Fiat obſecro mihi uerbũ nõ ꝓlatũ quod
trãſeat:ſed conceptũ ut maneat,carne uidelicet indutũ
nõ aere.Fiat mihi nõ tñ audibile auribus,ſed & uiſibile
oculis:palpabile manibꝰ:geſtabile humeris.Nec fiat mi-
hi uerbũ ſcriptũ & mutũ:ſed incarnatũ & uiuum:hoc eſt
non mutis figuris mortuis in pellibus exaratũ:ſed in for
ma humana meis caſtis uiſceribus uiuaciter impreſſum:
& hoc non mortui calami depictione:ſed ſancti ſpiritus
operatione.Eo uidelicet mõ fiat mihi:quo nemini añ me
factum eſt:nemini poſt me faciendũ. Porrò multiphariã
multiſq; modis olim deus loquutꝰ eſt patribus in ꝓphe-
tis:& aliĳs quidẽ in aure: aliĳs in ore:aliĳs etiã in manu fa-
ctũ eſſe uerbũ dñi memoratur:mihi aũt,oro, ut in utero
fiat iuxta uerbũ tuum. Nolo autẽ ut fiat mihi aut decla-
matoriè prædicatum:aut figuraliter ſignificatũ:aut ima
ginatoriè ſomniatum:ſed ſilenter inſpiratum: perſonali-
ter incarnatum:corporaliter inuiſceratum.Verbum igi-
tur quod in ſe nec poterat fieri,nec indigebat:dignetur
in me,dignet̃ & mihi fieri ſm uerbũ tuũ.Fiat quidẽ ge-
neraliter oĩ mũdo:ſed ſpecialiter fiat mihi ſm uerbũ tuũ.

Excuſatio eiuſdem quòd locũ hunc euãgelicũ
poſt expoſitores alios explanare uoluerit.

LEctionem euangelicã expoſui ſicut potui:nec
ignoro ꝙ non omnibus placebit:ſed ſcio me
ob hanc rem multorũ fore indignationi ob-
noxiũ:& aut iudicabor ſuperfluus:aut p̄ſum-
ptor:quod uidelicet poſt patres,qui hunc ipſum locum
pleniſſimè expoſuerunt:rurſus in codẽ nouus expoſitor
auſus fuerim mittere manũ.Sed ſi q̇d dictũ eſt poſt patres
quod non ſit cõtra patres:nec patribus arbitror,nec cui
quã diſplicere debere.Vbi autem dixi ꝙ à patribus acce-
pi:dum ſic abſit typus præſumptiõis,ut nõ deſit fructus
deuotionis patienter audiam de ſuperfluitate cauſantes.
Nouerint tamen qui me tanquã de ocioſa & nõ neceſſa-
ria explanatione ſuggillant:nõ tam intendiſſe exponere
euãgeliũ:quàm ex euangelio ſumere occaſionẽ loquẽdi
quod loqui delectabat. Si Verò peccaui ꝙ propriã ma-
gis ex hoc excitari deuotionem:quàm cõmunem quæſie-
rim utilitatem:potẽs erit pia uirgo apud ſuũ miſericor-
dem filium hoc meum excuſare peccatum,cui hoc meum
qualecunq; opuſculum deuotiſſimè deſtinaui.

Explicit homilia quarta ſup euangeliũ,Miſſus
eſt.In uigilia natalis domini, Sermo .I.

SOnuit uox lætitiæ in terra noſtra:uox exulta-
tionis & ſalutis in tabernaculis peccatorum.
Auditũ eſt uerbũ bonum: uerbũ cõſolatoriũ:
ſermo iocũditate plenus: dignus omni acce-
ptione.Iubilate mõtes laudẽ:& oĩa ligna ſyluarũ.Plau
dite manibus ante faciem dñi,quia uenit.Audite cœli,&
auribus pcipe terra:obſtupeſce,& lauda uniuerſitas crea
turæ:ſed tu magis ô homo. Ieſus chriſtus filius dei na-
ſcit̃ in bethleẽ iudæ.Quis tã lapidei cordis:cuius aĩa non
liquefacta ſit in hoc uerbo? Quid annũciari dulcius po-
terat:quis delectabiliꝰ cõmẽdari? Quid tale unquã audi-
tum eſt:aut q̇d ſimile aliqñ mũdus accepit? Ieſus chiſtus
filius dei naſcitur in bethleẽ iudæ.O breue uerbum de
uerbo abbreuiato.ſed cœleſti ſuauitate refertũ. Laborat
affectio mellifluæ dulcedinis, copiã latius effundere ge-
ſtiẽs nec inueniẽs uerba. Tãta ſiquidem eſt grã ſermonis
huiꝰ,ut cõtinuo incipiat minꝰ ſapere,ſi uel unũ iota mu-
tauero .Ieſus chriſtꝰ filius dei naſcit̃ in bethleẽ iudæ. O
natiuitas illibata ſanctitate,honorabilis mundo,amabi
lis hominibus,collati magnitudine beneficĳ inueſtiga-
bilis etiam angelis,ſacri profunditate myſterĳ: & in his
omnibus ammirabilis,ſingulari excellẽtia nouitatis: ut
pote quæ nec primã ſimilẽ uiſa eſt,nec habere ſequẽtem.
O partus ſolus ſine dolore:ſolus neſcius pudoris:corru
ptionis ignarus:non reſerans:ſed conſecrans uirginalis
uteri templũ.O natiuitas ſupra naturã,ſed pro natura mi
raculi excellentia ſuperãs:ſed reparans uirtute myſterĳ.
Fratres,generationẽ iſtã quis enarrabit? Angelꝰ nũciat:
uirtus obumbrat:altiſſimi ſuperuenit ſpiritus:uirgo cre
dit:fide cõcipit:uirgo parturit:uirgo permanet.Quis nõ
miretur? Naſcitur altiſſimi filius deus de deo genitus an
te ſecula:naſcitur uerbũ infans:quis uel ſatis miret̃? Nec
ſane ocioſa natiuitas:aut infructuoſa dignatio maieſta-
tis. Ieſus chriſtꝰ filius dei naſcitur in bethleẽ iudæ.Vos,
qui ĩ puluere eſtis,expergiſcimini & laudate:ecce dñs ue
niet cum ſalute. Venit cum ſalute:uenit cum unguentis:
uenit cum gloria.Neq; eñ ſine ſalute ieſus:neq; ſine un-
ctione chriſtꝰ:nec ſine gloria uenit dei filiꝰ.Siquidẽ ipſe puer.10.
ſalus:ipſe unctio:ipſe gloria ſicut ſcriptũ eſt.Gloria p̃ris
filiꝰ ſapiẽs. Felix aĩa q̄ guſtato ſalutis fructu trahitur,&
currit in odore unguẽtorũ ut uideat gloriã eius:gloriam
quaſi unigeniti à patre.Reſpirate perditi:uenit ieſꝰ quæ
rere & ſaluũ facere qđ perierat.Morbidi cõualeſcite:ue-
nit chriſtus qui cõtritos corde ſanat unctione miſericor-
diæ ſuæ.Exultate quicunq; eſtis grãdia cõcupiſcẽtes.de-
ſcẽdit ad uos filius dei,ut regni ſui faciat cohæredes.Ita
obſecro ſana me dñe & ſanabor:ſaluũ me fac & ſaluꝰ ero:
glorifica & ero glorioſus.Sic nẽpe bñdicet aĩa mea dñm
& omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius,cũ ꝓpitia
tus fueris oĩbus iniquitatibus meis , ſanaueris oẽs infir-
mitates meas,repleueris ĩ bonis deſideriũ meũ.Hæc tria
dilectiſſimi ſapit mihi qđ audio naſci ieſum chriſtũ filiũ
dei.Quare eñ uocamꝰ nomẽ eius ieſum:niſi quia ipſe ſal
uũ faciet populũ ſuũ à paccatis eorũ? Aut quare chriſtus
nominari uoluit : niſi quia cõputreſcere faciet iugũ à fa-
cie olei? Quare filiꝰ dei factꝰ ẽ homo:niſi ut hoĩes faceret
filios dei? Volũtati aũt eiꝰ q̇s reſiſtit? Ieſus,q iuſtificat:q̇s
eſt qui condẽnet? Chriſtꝰ qui ſanat:quis eſt q uulneret?
Filius dei qui exaltat:q̇s eſt qui humiliet? Naſcitur ergo
ieſus,gaudeat quiſquis ille eſt,quẽ perpetuæ dãnationis
reum adiudicabat cõſcientia peccatorum.Excedit quip-
pe pietas ieſu omnem criminum quantitatem ſeu nume-
roſitatem. Naſcitur chriſtus:lætetur quicũq; uitĳs expu-
gnabatur antiquis.Si quidem ante faciem unctionis chri
ſti:nullus omnino ſtare poterit morbus animæ quãlibet
inueteratus.Naſcitur filius dei:exultet q magna ſolet de
ſiderare,quia magnus munerator aduenit.Fratres hic eſt
hæres:deuote ſuſcipiamus eũ:ſic enim & hæreditas no-
ſtra erit. Qui enim propriũ filiũ dedit,quomodo nõ om
nia nobis ſimul cum illo donauit? Nemo diſcredat,nemo
heſitet, habemus teſtimonium credibile nimis. Verbum
caro factum eſt & habitauit in nobis.Fratres habere uo- Ioann.1.
luit unigenitus dei:ut eſſet in multis fratribus primoge-
nitꝰ ipſe.Vtiq; nihil hæſitet ipſa puſillanimitas fragilita-
tis humanæ, prius ipſe factus eſt hominum frater, factus
eſt hominis filius, factus eſt homo. Si & hoc homo iu-
dicat incredibile,fidem aſtruunt oculi. Ieſus chriſtus na
tus eſt in bethleem iudæ.Et uide dignationẽ.Non in hie
ruſalem ciuitate regia,ſed in bethleem quæ minima eſt
in milibus iuda.O bethleem parua,ſed iam magnificata
à domino,magnificauit te qui factus eſt in te paruus ex
magno. Lætare bethleem, & p omnes uicos tuos feſtiuũ
hodie alleluya cantetur. Que tibi ciuitas ſi audeat nõ in
uideat,precioſiſſimum illud ſtabulum, & illius præſepĳ
gloriam? In uniuerſa ſiquidem terra iam celebre eſt no-
men tuum,& beatã te dicunt omnes generatiões.Vbiq;
glorioſa dicuntur de te ciuitas dei, ubiq; pſallitur,quia
homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus.
Vbiq; inquã predicatur ubiq; clamatur:quia ieſus chri-
ſtus filius

ſtus filius dei naſcitur in bethleem iudæ. Nec ocioſum
quod additur iudæ:ſiquidẽ ammonet nos eiꝰ,quæ ad pa
Gẽn.49 tres facta eſt,repromiſſio.Nõ auferetur,inquit,ſceptrũ de
iuda:& dux de femore eius:donec ueniat qui mittendus
eſt:& ipſe erit expectatio gentiũ. Salꝰ quippe ex iudæis:
Vbi ſu- ſed ſalꝰ uſq; ad fines terræ.Iuda,ait,te laudabũt frẽs tui.
pra. Manꝰ tuæ in ceruicibꝰ inimicorũ tuorũ:& cetera q̄ de iu
da illo nuſquã legimꝰ:ſed in chriſto uidemꝰ impleta.Ipſe
eſt enim leo de tribu iuda:de quo & additur.Catulus leo
nis iudæ ad prædã: inquit,fili mi aſcendiſti.Magnꝰ præ-
dator chriſtꝰ qui priuſquàm ſciat uocare patrẽ aut matrẽ
ſamariæ ſpolia dirimit. Magnus prædator chriſtus,qui
aſcendens in altũ captiuã duxit captiuitatem:nec tamen
abſtulit quicquã:ſed magis ipſe dedit dona hominibus.
Has itaq; & cæteras ſimiles ꝓphetias impletas ĩ chriſto.
de eo ſiq̇dẽ & prædictas ad mẽtẽ reuocat ꝙ dicitur beth-
leem iudæ:nec oĩno quærere eſt utrum à bethleem poſſit
aliquid boni eſſe. Sanè quod ad nos ſpectat diſcimꝰ etiã
ex hoc quẽadmodũ ſuſcipi uelit qui in bethleẽ uoluit na
ſci.Erat eñ qui fortè ei ſublimia q̄rẽda arbitraret̃ eſſe pa-
Prouer. latia:ubi cũ gloria, rex gloriæ ſuſciperetur: ſed nõ ꝓpter
3. hoc à regalibꝰ illis ſedibus uenit.In ſiniſtra eius diuitiæ
& gloria:in dextera longiturnitas uitæ:horũ oĩm æter-
na in cœlis affluentia ſuppetebat:ſed paupertas non in-
ueniebatur ĩ eis.Porrô in terris abundabat:& ſuperabũ
Nota. dabat hæc ſpecies:& neſciebat homo præaiũ eius.Hanc
itaq; dei filius concupiſcens deſcẽdit ut eã eligat ſibi &
nobis quoq; ſua æſtimatione faciat precioſam. Adorna
thalamũ tuũ ſyõ : ſed hũilitate:ſed paupertate.In his eñ
pãnis cõplacet ſibi:& maria teſtimoniũ perhibẽte his ſe-
ricis delectatur inuolui. Abominationes ægyptiorũ im-
mola deo tuo.Conſidera deniq; ꝙ in bethleẽ iudæ naſci-
tur:& ſolicitus eſto quomodo bethleẽ iudæ inueniaris:
etiã ne in te quidẽ ſuſcipi dedignet̃. Bethleẽ quippe do-
mũ panis,Iuda ſonat confeſſionẽ.Tu ergo ſi diuini uer-
bi pabulo repleas aĩam tuã fideliterq;:& ſi non digna cer
tè quanta potes deuotione ſuſcipias panem illum,qui de
cælo deſcẽdit & dat uitã mundo,dominicũ uidelicet cor
pus Ieſu:ut ueterem utrem corporis tui noua illa reſur-
rectionis caro reficiat & ſuſtineat: quatenus nouũ quod
intus eſt uinũ hoc ſolidatꝰ glutino ualeat continere:ſi
deniq; ex fide uiuas & nequaquã gemere oporteat:quia
oblitus ſis comedere panem tuum: bethleem factus eſt di
gnus planè ſuſceptione dñica:ſi tamẽ confeſſio nõ defue
rit.Sit proinde iudæa ſanctificatio tua:cõfeſſionem & de
corem induere:quã maximè ſtolam in miniſtris ſuis chri-
ſtus acceptat. Deniq; breuiter tibi utrunq; commendat
Rom.10 apoſtolis. Corde,inquiens,creditur ad iuſtitiam:ore au-
tem cõfeſſio fit ad ſalutem.Iuſtitia ſiquidem in corde:pa-
Matt.5. nis ĩ domo. Eſt enim iuſtitia panis. Et beati qui eſuriunt
& ſitiunt iuſtitiam:quoniam ipſi ſaturabuntur. Sit ergo
in corde iuſtitia:& iuſtitia que ex fide eſt.Hæc enim ſola
habet gloriam apud deũ, ſit etiam in ore confeſſio ad ſa
lutem:& ſecurus iam ſuſcipe eum,qui ĩ bethleẽ iudæ na-
ſcitur,Ieſum chriſtum filium dei.

In uigilia natiuitatis dñi,de eo quod ſcriptũ eſt,
O Iuda & hieruſalem nolite timere,cras egrediemini,
& dominus erit uobiſcum. Sermo ſecundus.

O Iuda & hieruſalẽ nolite timere. Veros alloq-
2.Para- mur iudeos:nõ litera ſed ſpũ:ſemẽ abrahã cuius
lipo.20. multiplicatio,ſicut promiſſa legitur,ſic uidetur
impleta.Neq; enim filĳ carnis,ſed filĳ ꝓmiſſio-
nis deputãtur in ſemine.Sed nec illi hieruſalem dicimus
quæ occidit prophetas. Vnde enim illam cõſolemur,ſu-
per quam dominꝰ fleuit:quæ data eſt in ſubuerſionẽ? Il-
li dicimus que de cælo noua deſcendit,nolite timere ô iu
da & hieruſalẽ.Nolite timere ueri cõfeſſores:qui nõ ſolũ
ore ſed toti pariter & omni parte dño confitemini indu-
ti confeſſionem ſicut ueſtimentum : imo quorum omnia
interiora domino confitentur:& omnia oſſa dicunt.Do-
Pſal.85. mine quis ſimilis tibi? nõ ſicut hi qui confitentur ſe noſſe
deũ:factis autem negant. C Vera confeſſio eſt, ſi om-
nia opera noſtra fratres,opera eius ſint: & cõfiteant̃ ei.
Cõfiteantur aũt gemina quadã cõfeſſiõe, ut duplicibus
ueſtiamini:id eſt cõfeſſione pctõrũ ueſtrorũ: & cõfeſſiõe
laudis diuinæ.Tũc eñ uerè iudæi eritis:ſi oĩs uita ueſtra
cõfiteatur uos pctõres,& dignos multò maioribus pœ-
nis deũ uerò ſũme bonũ:q ꝓ his leuibꝰ & trãſitorĳs pœ-
nis æterna cõdonat ſupplicia,quæ meruiſtis.Quiſq̇s eñ
ardẽter nõ deſiderat pœnitẽtiã:uidet̃ opibus dicere nõ
indigere ſe pniã:& ita ſuã nõ cõfitet̃ culpã:aut nõ poſſe
ꝓdeſſe ei pœnitẽtiam:ſic & diuinã nõ cõfitetur bonita-
tem.Vos aũt eſtote ueri iudæi:ſed & hieruſalẽ uera ut ni
hil iã timeatis.Eſt enim hieruſalẽ uiſio pacis.Viſio non
poſſeſſio:cuius fines dñs põſuit pacẽ nõ initiũ ſanè,nec
medium.Si ergo pacem nõ habetis:imo quia perfectam
in hoc ſæculo habere nõ poteſtis:ſaltem uidete eã:intue-
mini conſiderate & deſiderate eã.Illuc ſine oculi cordis
ueſtri:ad pacem ſeſe dirigit intentio ueſtra:ut oĩa q̄cũq;
facitis huius pacis quæ exuperat oẽm ſenſum deſiderio
faciatis:in omnibus hoc intẽdatis:ut reconciliati pacẽ
habeatis ad deũ.His dicimus nolite timere:hos conſo-
mur non eos qui uiã pacis nõ cognouerunt.Nam ſi illis
dicitur:cras egrediemini.cõminatio non conſolatio erit
iſta.Soli nimirum diſſolui deſiderant,& egredi concupi
ſcunt,qui pacem uident:& ſciunt ſi terreſtres domus eo-
rum huius habitationis diſſoluentur,qm̃ ædificationem
habent ex deo:& non illi qui in inſaniam uerſi ſuis com-
pedibus delectantur.Deniq; hi tales moriendo,non tam
egreſſi dicendi ſunt quàm ĩgreſſi:qui non in lucẽ,nõ in
libertatẽ uadũt: ſed in carcerẽ:ſed in tenebras:ſed in in-
fernũ.Vobis aũt dicit̃.Nolite timere:cras egrediemini:
& iã nõ erit timor in finibus ueſtris. Multos quidẽ ha- 2.Para-
betis hoſtes:carnẽ,qua nullus põt eſſe uicinior hoſtis: lipo.20.
præſens ſeculum nequã,quod undiq; circũfuſum eſt uo
bis:principes tenebrarũ,qui uiã ueſtram obſidẽt in ae-
re collocati.Attamen nolite timere,cras egrediemini:id
eſt in ꝓximo.Cras eñ in proximo eſt. Vnde & ſctũs Ia-
cob ait:Cras reſpõdebit mihi iuſtitia mea. B Tres eñ
dies ſunt de q̇bꝰ etiã legimus.Viuificabit nos poſt duos Gẽn.30.
dies:in die tertia reſuſcitabit nos.Vnus ſub adã:alter in
xp̄o tertius cũ chriſto.Vnde & ibi ſubdit̃: ſciemus ſeq̄-
murq; ut cognoſcamus dñm:& hic dicit̃ cras egredie- Oſe.6.
ni:& dñs erit uobiſcũ.His eñ dicit̃ q dimidiauerũt dies
ſuos:in quibus perĳt dies,in qua nati ſunt:quæ eſt dies
adæ dies peccati:cui Hieremias quoq; maledicebat,di-
cẽs.Maledicta dies in qua natus ſum.Oẽs eñ in illa na-
ſcimur.Vtinam pereat in nobis omnibꝰ dies illa,dies ne Hiere.
bulæ & caliginis:dies tenebrarũ & turbinis:quã nobis 20.
fecit adam:quã fecit inimicus qui dixit.Apperiẽtur ocu
li ueſtri.Ecce uerò illuxit nobis dies redemptiõis nouæ: Gene.3.
reparatiõis antiquæ:felicitatis æternæ.Hæc eſt dies quã
fecit dñs:exultemus & lætemur in ea,quia cras egredie- Pſal.117.
mur.Vnde,niſi de conclaui huiꝰ ſeculi:de ergaſtulo hu-
ius corporis:de cõpedibꝰ neceſſitatis:curioſitatis:uani-
tatis:& uoluptatis:quæ etiam inuitis nobis pedes tenẽt
affectiõis? Quid eñ ſpiritui noſtro cũ terrenis? Cur nõ
ſpiritualia deſiderat : ſpiritualia quærit:ſpũalia ſapit?
O ſpiritus qui de ſurſum eſtis:quid uobis cum infimis?
Quæ ſurſum ſunt quærite:ubi chriſtꝰ eſt in dextera dei
ſedẽs:quæ ſurſum ſunt ſapite:nõ quæ ſuper terram. Sed Collo.3
corpus qđ corrũpitur aggrauat animã: & deprimit ter- Sapi.9.
rena inhabitatio ſenſum multa cogitãtem. Neceſſitates
multæ miſeri huiꝰ corpis detinẽt nos.Viſcus quidã pra
ui deſiderĳ & delectationis terrenæ uolare nõ patitur:&
citius retrahit mentem:ſi fortè aliquãdo ſubleuetur.Sed
nolite timere:cras egrediemini de lacu miſeriæ,& de lu-
to fæcis.Nã ut inde uos educeret:infixus eſt ipe quoq;
ĩ limo ꝓfundi.Nolite ergo timere:cras egrediemini de
corpore mortis:& de oĩ corruptione peccati.Agite diẽ
iſtum in chriſto: ut ambuletis ſicut & ipſe ambulauit.
Qui eñ dicit ſe ĩ chriſto manere:debet ſicut ipe ambula- 1.Ioh.2.

uit & ille ambulare.Nolite ergo timere:quia cras egredi
emini,& ſic ſemper cū domino eritis. Vel quia ſignāter
dictum,& dn̄s erit uobiſcum,ſic intelligimus: ut dū ſu-
mus in corpore poſſimus nos eſſe cum dn̄o,id eſt adhæ-
rere eius uolūtati:ſed nō ille nobiſcum,ut cōſentiat uo-
luntati noſtræ. Vellemus enim iam liberi eſſe: cōcupiſci-
mus diſſolui:egredi deſideramus: ſed adhuc differt ille
certa ex cauſa.Cras egrediemur & dominꝰ erit nobiſcū:
ut quicquid uoluerimus uelit:& in nullo à noſtra uolun-
tate diſcordet.Itaq; Iuda & Hieruſalem nolite timere: ſi
perfectionē quā deſideratis nōdum poteſtis adipiſci:ſed
Pſal.138 quod minus habet imperfectio conuerſationis ſuppleat
Pſal.118. humilitas confeſſionis,& imperfectum ueſtrum uiderūt
oculi dei. Propterea eīm mandata ſua mandauit cuſtodiri
Pſal.62. nimis:ut uidētes imperfectionem noſtram deficere,& nō
poſſe implere quod debet:fugiamus ad miſericordiā, &
Pſal.95. dicamus.Quoniam melior eſt miſericordia tua ſup ui-
tas:& qui non poſſumus in ueſtitu innocentiæ ſeu iuſti-
tiæ:appareamus ueſtiti cōfeſſiōe.Cōfeſſio eīm & pulchri
tudo in cōſpectu dn̄i:ſi tñ ſit,ut diximus,non oris tantū,
ſed etiā totius hominis,ut oīa oſſa noſtra dicant:dn̄e qs
ſimilis tibi?idq; ſolius pacis intuitu:& deſiderio recōci
liationis ad deū. Talibus eīm dicitur:ô Iuda & Hieruſa-
lem nolite timere cras egrediemini,id eſt quācitò à cor-
pore exierit anima:oēs ſimul affectiones, oīa deſideria q-
bus ꝑ uniuerſum interim mundū diſperſa & ligata tene-
bat̄,diſſoluentur: & egredietur de uiſco hoc:Et dn̄s erit
uobiſcū.Nimis id quidē uobis uideri poteſt ſi tamen ad
uos reſpicitis:& nō ad ea quæ expectāt uos. Nōnne hoc
uniuerſus mūdus expectat?Creatura eīm ſubiecta eſt ua-
nitati:& cadēte homine,quē conſtituerat dn̄s dominum
domus ſuæ,& principē oīs poſſeſſiōis ſuæ:tota ſimul hæ
reditas corrupta eſt.Inde diſtemperatus aer: terra in ope
ribus adæ maledicta,& omnia ſubdita uanitati.Nec ſanè
Roma.8 reparabitur hæreditas:donec reparentur heredes.Vnde
& iuxta apoſtoli teſtioniū.Ingemiſcit quoq; & parturit,
uſq; adhuc.Nec ſoli utiq; huic mundo:ſed & angelis,&
Pſal.141 hominibus ſpectaculū facti ſumus. C Me,inquit,expe-
ctant iuſti:donec retribuas mihi.Et martyres cum iudicij
diem poſtularent non tanquā uindictæ cupidi,ſed perfe-
ctionē deſiderantes beatitudinis,quā tūc habituri ſunt,
acceperunt diuinū reſponſum.Suſtinete modicum tem-
pus:donec impleatur numerus fratrum ueſtrorum.Acce
perūt ergo iam ſingulas ſtolas:ſed nō ueſtientur duplici-
bus:donec ueſtiamur & nos.Vadia tenemus,& obſides
ipſa eorū corpora:ſine quibus conſummari nō poſſunt:
nec ea recipiēt ſine nobis.Vnde de patriarchis, & pro-
phetis,ait apoſtolus.Deo melius aliquid ꝓuidēte ꝓ no-
Heb.1. bis ut non ſine nobis conſummarentur.O ſi cognoſcere
mus,& nos quomodo expectant,& quantū deſiderāt ad
uentum noſtrum:quàm ſolicite quærunt:quàm libenter
audiunt bona de nobis:Quid tamē de his loquor,qui di
dicerunt ex his quæ paſſi ſunt compaſſionem: quando &
ipſi nos angeli ſcti deſiderāt?Nōnne de uermiculis iſtis
& de puluere iſto reſtaurandi ſunt muri cœleſtis hieruſa-
lem?Putatis quantum deſiderant ciues cœli inſtaurari
ciuitatis ſuæ ruinas?Quomodo ſoliciti ſunt ut ueniant
lapides uiui:qui coædificentur eis?Quomodo diſcurrūt
medij inter nos,& deū:fideliſſimè portantes ad eum ge-
mitus noſtros:& ipſius nobis gratiā deuotiſſimè repor-
tantes?Planè non dedignabuntur,ut ſimus eorum ſocij:
quorum facti ſunt iam miniſtri.Nonne enim oēs admini-
ſtratorij ſunt ſpiritus in miniſteriū miſſi propter eos qui
hæreditatem capiunt ſalutis?Feſtinemꝰ obſecro dilectiſ-
ſimi feſtinemus:tota nos multitudo cœleſtis curiæ expe-
ctat.Exultare angelos fecimus quando conuerſi ſumus ad
pœnitentiam:proficiamus,& feſtinemus complere de no
bis eorum lætitiam. Ve tibi quicunq; es qui deliberas
redire ad lutum: reuerti ad uomitum. Putaſnè placatos
habebis in iudicio,quos tanto & tam ſperato priuare
uis gaudio?Exultauerunt cum nos ad pœnitētiam ueni-
mus: tanquàm ſuper his, quos ab ipſa inferi porta cerne
rent euocari. Quid nunc erit:ſi ab ipſa paradiſi ianua re-
uerti uiderint,& abire retrorſum eos,qui iā pedē alterum
in paradiſo poſuerunt? Nam & ſi corpora inferius, ſed
corda ſurſum. Currite fratres,currite:non ſoli angeli:
ſed & ipſe angelorum uos creator expectat. Nuptiæ para
tæ ſunt:ſed nondum plena domus:adhuc expectantur,de
quibus nuptiæ impleantur.Expectat uos pater & deſide-
rat non ſolum propter nimiam charitatem ſuam,qua dile
xit uos:unde & unigenitus,qui ī ſinu patris eſt,ipſe enar-
rauit.Pater,inquiens,amat uos:ſed propter ſemetipſum: Ioan.15.
ſicut loquitur per prophetam:propter memetipſum ego
faciam:non propter uos. Quis enim implendum dubitet
quod promiſit filio,dicens:Poſtula à me,& dabo tibi gen Pſal.2.
tes hæreditatem tuam?Et alibi.Sede a dexteris meis:do- Pſalm.
nec ponam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorum.Nō con 109.
terentur omnes inimici eius : dum nos qui ſumus mēbra
eius aliquatenus impugnabūt.Nō implebit̄ hæc promiſ
ſio:donec nouiſſima inimica deſtruatur mors.Nā de filio
quis neſciat quantum deſideret fructum natiuitatis,& to
tius uitæ,quā geſſit in carne:deniq; fructū crucis, & mor
tis ſuæ preciū ſanguinis precioſi? Nonne traditurus eſt
regnū deo & patri,qđ acqſiuit?Nonne ei reſtauraturus
eſt creaturas ſuas:pro quibus pater illum miſit in terris?
Expectat nos & ſpirituſſanctus. Eſt eīm charitas & beni-
gnitas ī qua prædeſtinati ſumus ab æterno:nec dubium
quin prædeſtinationē ſuā uelit īpleri. Ergo quia paratæ
ſunt nuptiæ & omnis nos curiæ cæleſtis frequentia deſi-
derat & expectat:curramus non quaſi in incertum:curra
mꝰ deſiderijs,& profectu uirtutū.Proficere proficiſci eſt.
Dicamus ſinguli. Aſpice in me & miſerere mei ſm̄ iudi- Pſal.118.
cium diligentium nomē tuum.Non ſicut ego merui:ſed
ſicut illi decreuerint miſerere.Dicamꝰ itē:ſicut fuerit uo
lūtas in cælo,ſic fiat. Itemq;:fiat uolūtas tua.Scimus qm̄
ſcriptū eſt.Si deꝰ pro nobis:quis cōtra nos?Aut quis ac Rom.8.
cuſabit aduerſus electos dei?An nō licet,inquit,mihi fa- Vbi ſu-
cere qđ uolo?Hæc ſit interim conſolatio noſtra chariſſi- pra.
mi:donec egrediamur & dominus ſit nobiſcum.Qui ma- Mat.20
gna ſua miſericordia,ad beatā illā egreſſionē & ad clarum
illud cras, nos perducat:& in hoc quoq; proximo cras ui
ſitare nos,& nobiſcū eſſe dignetur:ut ſi quis forte in ten-
tatione qualibet detinetur:ipſo miſerante qui,prædicare
uenit clauſis apertionē,cras egrediatur:ut cū gaudio ſalu
tari ſuſcipiamus coronam paruuli regis noſtri : ipſo præ-
ſtante qui cum patre & ſpirituſancto uiuit & regnat deus,
per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In uigilia natalis domini. Sermo tertius.

HOdie ſcietis quia ueniet dn̄s:& mane uidebi-
tis gloriā eius Quiq; terrigenæ,& filij hoīm:
audite.Vos qui ī puluere eſtis expergiſcimini
& laudate:qa ueniet medicus ad ægrotos: re-
dēptor ad uenditos:ad errantes uia:ad mortuos uita.Ve
nit quippe qui proijciat in profundum maris omnia pec
cata noſtra:qui ſanet omnes infirmitates noſtras:qui nos
proprijs humeris ad propriæ dignitatis reportet origi-
nem.Magna eſt iſta potentia:ſed plus eſt miranda miſeri-
cordia ꝙ ſic uenire uoluit:qui potuit ſubuenire.Hodie,
inquit,ſcietis quia ueniet dominus. Verba hæc quidem
ſuo loco & tempore in ſcriptura poſita ſunt : ſed non in-
congrue illa uigiliæ dominicæ natiuitatis eccleſia mater
aptauit.Eccleſia,inquàm:illa quæ ſecum habet conſilium
& ſpiritum ſponſi,& dei ſui:cui dilectus inter ubera com
moratur:ipſam cordis ſui ſedem principaliter poſſidens,
& conſeruans. Nimirū ipſa eſt quæ uulnerauit cor eius:
& in ipſam abyſſum ſecretorum dei oculum contempla-
tionis immerſit:ut & illi in ſuo : & ſibi in eius corde,per
hennem faciat manſionem. Cum ergo ipſa in ſcripturis
diuinis,uerba uel alterat uel alternat,fortior eſt illa cōpo
ſitio,quàm poſitio prima uerborum:& fortaſſis tanto for
tior:quantum diſtat inter figuram & ueritatem: inter lu-
cem & umbram:inter dominā & ancillam. Hodie ſcietis:
quia

quia ueniet dominus. Scd̄m æſtimationem meā duo in
uerbis iſtis dies,nobis expreſſius commendātur. Primꝰ,
q à primi hominis lapſu labit̄,uſq; ad finē mūdi,dies cui
ſancti ſæpius maledixiſſe noſcunt̄.Ab illa eīm luci diſſima
die in qua conditus fuerat adā eiectus eſt,& in has rerum
cōtrurius anguſtias:diē tenebroſum incurrit:& penè à lu
mine ueritatis extinctus.In hac die naſcimur uniuerſi : ſi
tñ dies debet & nō potius nox uocari:niſi ꝙ lumē ratio-
nis,quaſi quandā ſcintillulā nobis,inſuperabilis illa miſe
ricordia,dereliqt. Secūda uerò dies erit ī ſplēdoribꝰ ſan-
ctorū:ī perpetuas æternitates:cū inclaruerit illud ſereniſ
ſimum mane cui eſt miſericordia repromiſſa & abſorbta
erit mors in uictoria:cū dimotis umbris & tenebris ſplen
dor ueræ lucis ſurſum,& deorſum:intus & exterius cun-
Pſa.142 cta pariter occupabit. Auditam fac mihi mane miſericor-
Pſal.89. diā tuā ait ſanctꝰ:& Repleti ſumus mane mīa tua. Sed ad
noſtrū diē reuertamur, qui tanquā cuſtodia in nocte pro
ſua breuitate dicit̄:qui tanquā nihilum & inane ab illo
Plal.39. familiari ſpirituſſancti organo nominat̄:cū dicit.Qm̄ oēs
Pſal.101. dies noſtri defecerūt,& Defecerunt ſicut fumus dies mei:
Vnde ſu & Dies mei ſicut umbra declinauerunt. Parui & peſſimi
pra. ſunt omnes dies uitæ meæ:ait ille ſanctus patriarcha, qui
uidit,dn̄m facie ad faciē:qui cū eo tam familiariter loque
batur.Et quidē in hac ipſa die homini deus rationē præ-
ſtatt,tribuit intelligentiā:ſed neceſſe eſt ut exeuntē de hoc
mundo illuminet lumine ſciētiæ ſuæ:ne ſi de domo carce-
ris & umbra mortis extinctus exierit illuminari non ua-
leat in æternum.Ideò quippe unigenitus dei ſol iuſtitiæ
tanquā immenſi & præclari luminis cereus in huius mun
di carcerē illuminatus eſt,& accenſus : ut omnes qui illu-
minari uoluerint,ad illū accedāt,illiq; iungantur:ut nihil
medium inter illos ſit,& ipſum.Peccata enim noſtra ſepa
rant inter nos & deum:ſed illis ſublatis,uero lumini illu-
minandi : & quaſi cōcorporandi cōnectimur in idipſum:
ſicut lumen extinctū lumini lucēti, & ardenti ſine aliquo
medio cōiungitur ut illuminetur:quatenus per exemplū
uiſibiliū, effectus rerū inuiſibiliū cognoſcamus. Ad hoc
igitur tam magnū & præfulgidū ſydꝰ,iuxta ꝓphetā, illu
minemus nobis lumē ſcientiæ,priuſquā de mundi huius
tenebris exeamus,ne de tenebris trāſeamus ad tenebras,
& tenebras ſempiternas.Quæ eſt autē iſta ſcientia? D.
Profecto ſcire qa ueniet dn̄s:& ſi qn̄ ueniet,ſcire nō poſſu
mus.Hoc eſt illud totū quod poſtulat̄ à nobis. At,inqs,
iſta ſciētia oīm eſt. Quis eīm neſciat uel noīetenus fidelis:
qa ueniet dn̄s,qa uēturus eſt iudicare uiuos, & mortuos,
& reddere unicuiq; iuxta opera ſua?Non oīm iſta eſt ſcīa
fratres mei:ſed nec multorū,paucorū eſt: qa reuera pauci
ſunt q ſaluant̄. Putaſne illi q cū male fecerit lætāt̄ & exul
tāt in rebꝰ peſſimis,uel ſciāt,uel recogitēt qa ueniet dn̄s?
1.Ioā.2. Si dixerint ipſi,tu noli credere: quia q dicit ſe noſſe deū,
Titū.2. & mandata eius nō cuſtodit,mendax eſt.Confitentur,ait
Iaco.2. apl's,noſſe deum,factis autē negant.Quia fides ſine operi
bus mortua eſt.Nō eīm ita ſe omni impuritate polluerēt,
ſi dominū uenturū ſcirent uel formidarēt: ſed uigilarent
utiq;,& nō ſinerēt tā grauiter ꝑfodi cōſciētias ſuas. Sciē
tia aūt iſta in primo gradu operat̄ pœnitudinē & dolorē:
ut riſum in luctū,canticū in planctū,gaudiū in mœrorem
cōuertat:& incipiāt tibi diſplicere,q̄ uehemēter ante pla
cuerāt:& illa ſpecialiter horreas,q̄ ſpecialiter appetebas.
Eccli.1. Sic eīm ſcriptū eſt.Quia qa addit ſciētiā. addit & dolorē:ut
ueracis & ſanctæ ſcientiæ ſit dolor ſubſequēs argumētū.
In ſcd'o uero gradu opat̄ correctionē:ut iā non exhibeas
mēbra tua arma iniquitatis peccato:ſed coerceas gulam,
iugules luxuriā,ſupbiā deprimas : & facias ſuire corpus
ſctitati:qđ iniqtati āte ſeruierat.Pœnitudo eīm ſine cor-
Eccl.34. rectiōe nō ꝓderit,ſicut ſapiēs ait.Vnꝰ ædificās,& unꝰ de-
ſtruēs,qđ ꝓdeſt eis niſi labor?Vnus orās,& unus male-
dicēs:cuius uocē exaudiet deus?Qui eīm baptizat̄ à mor-
tuo,& iterū tāgit eū,nihil ꝓficit lauatio eius:ſed iuxta ſal
Ioan.5. uatoris ſententiā.Verēdū eſt,ne ei aliqđ deterius contin-
gat.Sed qa hæc diutiꝰ nō haberi poſſunt,niſi circa ſe mul
ta circūſpectione mēs indefeſſa uigilet & attēdat:ī tertio
gradu opatur ſolicitudinem:ut iā ſolicitus incipiat am-
bulare cū deo ſuo,& ex oī parte ſcrutet̄,ne uel ī leuiſſima
re tremēdæ illius maieſtatis offendat̄ aſpectus.In pœnitu
dine accendit̄,ī correctiōe ardet,in ſolicitudine lucet, ut
interius & exterius renouetur.Hic iā reſpirare incipit à
tribulatiōe malorū & dolore,& timoris magnitudinē ſpi
rituali lætitia tēperare,ne ſuorū enormitate ſcælerū, abū
dātiori triſtitia abſorbeat̄.Hic & ſi timet à iudice, ſperat
à ſaluatore,cū iā in aīo eius timor & lætitia obeqtent, &
obuient ſibi plerūq; timor lætitiā ſupet, lætitia ſæpius
timorē excludat,& īfra ſui gaudij cōcludat arcanū.Fœlix
cōſciētia in q̄ luctamē hmōi īdeſinēter cōficit̄:donec qđ
mortale eſt abſorbeat̄ à uita: donec euacuet̄ timor qui ex
pte eſt,& ſuccedat lætitia qđ pfectū eſt:qa nō timor ſem-
piternꝰ,ſed lætitia ſempiterna erit ei.Iā uō ſic ardēs & lu
cēs nōdū in domo ſe eſſe cōfidat,ubi ſine oī timore uēto
rū,accēſum lumē ſoleat deportari:ſed meminerit ſe eſſe
ſub dio: & utraq; manu ſtudeat operire qđ portat: nec
credat aeri,etiā ſi uideat eſſe trāquillū. Repēte ei & hora
q̄ nō putauerit mutabit̄:& ſi uel ad modicū manus remi-
ſerit,lumē extinguet̄.Quòd etſi etiā ardor portātis ma-
nus(ut qn̄q; fieri ſolet) aduſſerit:eligat potiꝰ pati,quàm
retrahere manus ſuas:qa in momēto,in ictu oculi poterit
exufflari. C Si eſſemus in domo illa non manufacta,
æterna in cælis,ubi nullus inimicus intrat:nullus exit a-
micus:nihil eſſet timendū.Nunc uerò tribus maligniſſi- Semper
mis & ualidiſſimis uētis expoſiti ſumus,carni, diabolo,& timēdū
mūdo:q cōſcientiā illuminatā moliunt̄ extinguere, inſuf eſt quā-
flātes in cordibus nr̄is deſideria mala,motus illicitos: & diu ſu-
ita te repēte turbātes,ut uix ꝑnoſcere ualeas ūde uenias mus in
aut quo uadas.Ex qbs etſi duo ſæpiꝰ intermittūt:à tertio hoc ſecu
tñ nemo unquā ſufflandi inducias extorſit.Ideò utriſq; lo.
manibus & cordis & corporis aīa eſt tegenda:ne fortè
quæ iā illuminata fuerat,extinguat̄:nec cedēdū uel rece-
dendū etiā ſi grauis tētationū feruor utriuſq; hoīs ſtatū
uehemēter afflixerit,ſed dicēdū cū ſctō:Aīa mea in mani
bus meis ſemp:eligamꝰ potius ardere,quàm cedere.Et ſi-
cut qđ in manibus nr̄is tenemus,nō facile obliuiſcimur:
ſic nūquā obliuiſcamur negotiū animarū noſtrarū,& illa
cura principaliter uigeat in cordibus noſtris. D Cum
ergo ſic lūbi noſtri accincti fuerint ,& lucernæ ardentes,
cuſtodiēdæ ſunt uigiliæ noctis ſupra gregem cogitatio-
nū,& actionū noſtrarū.ut ſi in prima uigilia: uel ſecūda
uel tertia dn̄s uenerit:paratos nos īueniat.Prima uigilia
eſt rectitudo opis,ut ad hāc quā iuraſti regulā, oēm uitā Nota.
exæquare coneris:nec trāſgrediaris terminos: quos po-
ſuerūt pr̄es tui,in oībus uiæ & uitæ huius exercitijs, nō
declinās ad dexterā neq; ad ſiniſtrā.Secūda puritas intē
tiōis,ut ſimplex oculus totū corpus lucidū faciat: ut qc-
quid feceris,ꝓpter deū facias:& ad locū unde exeūt gra-
tiæ reuertātur,ut iterū fluāt.Tertia eſt cuſtodia unitatis,
ut in cōgregatiōe poſitus,uolūtates aliorū,tuis uolūta-
tibus anteponas:ut nō ſolū ſine querela,ſed & cum gra-
tia inter fratres maneas,portans omnes,orans pro omni
bus,ut & de te quoq; dicatur.Hic eſt fratrum amator, &
populi Iſrael:hic eſt qui multum orat pro populo,& uni
uerſa ſancta ciuitate Ieruſalem.Ita ergo in hac die aduē-
tus unigeniti,nobis uerā ſcientiā accēdit:ſcientiā inquā
illam,quæ nos doceat quia ueniet dn̄s:quæ ſit morū no-
ſtrorū perpetuū & ſtabile fundamētum. Et mane, inquit,
uidebitis gloriā eius.O mane,ô dies quæ melior es in a-
trijs dn̄i ſup milia:quando erit menſis ex menſe,& ſabba-
tū ex ſabbato:cū ſplendor lucis,& feruor charitatis uſq;
in altiſſima illa magnalia terrarū īcolas illuſtrabit?Quis
de te cogitare,nedū aliquid præſumat recitare?Interim
tamē ædificemus fratres fidem noſtram: ut ſi mirabilia il-
la quæ nobis reſeruātur,uidere non poſſumus:ſaltē mi-
rabilia,quæ ꝓpter nos in terris facta ſunt,aliquātulū cō-
templemur.Tria opera, tres mixturas fecit omnipotens
illa maieſtas in aſſumptiōe nr̄æ carnis:ita ſingulariter mi-

rabilia,&mirabiliter ſingularia,ut talia nec facta ſint,nec
facienda ſint amplius ſuper terrā.Cōiuncta quippe ſunt
adinuicem deus & homo,mater & uirgo,fides & cor hu-
manum.Admirabiles iſtæ mixturæ:& omni miraculo mi
rabilius:quomodo tam diuerſa,tamq̨ diuiſa adinuicem,
inuicē potuerunt coniungi.Et primo quidē intuere crea
tiōem,poſitionē&diſpoſitionē rerū:quāta ſit uidelicet ī
creatione potētia:quanta in poſitione ſapiētia:in cōpo-
ſitione quāta benignitas.In creatione uide quàm multa
& quàm magna potenter creata ſunt:in poſitione quàm
ſapienter cūcta locata ſunt:in bonitate quàm benigne ſu
prema,& infima connexa ſunt,tam amabili quàm admira
bili charitate.Huic limo eñi terreno uim uitalē miſcuit,
ut in arboribus:unde ſurgit uenuſtas in folijs,in floribus
pulchritudo,ſapor in fructibus & medicina.Nec hoc cō-
tentus adiecit etiā uim ſenſibilē limo noſtro:ut in pecco
ribus,quæ nō ſolū uitā habeāt,ſed & ſentiāt,quinq̨ per
tita ſenſualitate uigentes.Addidit adhuc honorare limū
noſtrū,& ei uim rationalē immiſit:ut in hominibus,qnō
ſolum uiuūt,ſentiunt: ſed & diſcernūt inter cōmodū &
incōmodū:inter bonū & malū:inter uerū & falſum.Vo-
luit quoq̨ infirmiora noſtra abūdantiori gloria ſublima
re,& cōtraxit ſe maieſtas:ut quod melius habebat, uide-
licet ſeipſum,limo noſtro cōiūgeret: & in perſona una ſi
bi inuicē unirētur deus & limꝰ:maieſtas & infirmitas tā
ta:uilitas & ſublimitas tanta.Nihil tamē deo ſublimius,
nil uilius limo:& tamē tanta dignatione deus deſcendit
in limū:tātaq̨ dignitate limus aſcendit ad deū ut quic-
quid in eo deus fecit,limus feciſſe credat: quicqd limus
pertulit,deus in illo ptuliſſe dicat:tā ineffabili quàm in-
cōpræhenſibili ſacramento.Et attende,quia ſicut in illa
ſingulari diuinitate trinitas eſt in pſonis, unitas in ſub-
ſtātia:ſic in iſta ſpeciali cōmixtiōe trinitas eſt in ſubſtan-
tijs,in pſona unitas:& ſicut ibi pſonæ nō ſcindūt unita-
tē,unitas nō minuit trinitatē: ita & hic pſona nō cōfun-
dit ſubſtātias:nec ſubſtātiæ ipſæ pſonæ diſſipāt unitatē.
Sūma illa trinitas hāc nobis exhibuit trinitatē,opꝰ mira
bile,opus ſingulare,inter oīa & ſup oīa opa ſua: Verbū
eñi & aīa & caro in unā cōuenere pſonā:& hæc tria unū:
& hoc unū tria,nō cōfuſiōe ſubſtātiæ,ſed unitate pſonæ
Hæc eſt prima & ſupexcellēs mixtura: & hæc prima in-
tertres. Aduerte hō qa limꝰ es:& nō ſis ſupbus, qa deo
iūctus es,& nō ſis ingratus. Secūda mixtura eſt ṽgo &
mr̄,admirabilis plane & ſingularis.A ſeculo nō eſt audi-
tum ꝙ ṽgo eēt quæ peperit:ꝙ mr̄ eēt quæ ṽgo pmāſit.
Nūquā iuxta rerū ordinē ṽginitas ubi fœcūditas p̄di-
cat:nec fœcūditas ubi uirginitas integra cōſeruat. Sola
hæc eſt in q̄ ṽginitas & fœcūditas obuiauerūt ſibi. Ibi
ſeml' factū eſt,qd' fctū nō fuerat:nec fiet in æternū qa nec
primā ſimilē uiſa eſt:nec habere ſeqntē.Tertia eſt fides&
cor humanū:& hæc qdē prima & ſecūda inferior: ſed nō
minꝰ forſitā fortis.Mirū ei eſt qūo cor humanū his duo
bus fidē accōmodauit:qūo credi potuit quòd deꝰ hō eſ-
ſet,ꝙ uirgo māſerit quæ peperiſſet. Sicut ferrū & teſta
iūgi nō poſſunt,ſic & hæc duo nequeūt cōmiſceri,ſi nō
miſceat glutinū ſpūſancti.Ergòne credēdū eſt ꝙ iſte deꝰ
ſit q ponit ī p̄ſepio:q uagit ī cunis:q oīm īfantiliū neceſ-
ſitatū iniurias patit:q flagellat:q cōſpuit: q crucifigit:
q ponit ī ſepulchro:& īter duos lapides cōcludit excelſus
& imēſus? Illane ṽgo erit quæ lactat puerū:cui maritꝰ
cōtinuꝰ comes eſt in cōuiuio,in thalamo: qui ducit illā ī
ægyptū:reducit ab ægipto:& ſolꝰ cū ſola tā lōgīquā, tā
ſecretā cōficit uiā? Quo potuit hoc pſuaderi gni huma-
no,uniuerſo orbi terrarū? Et tñ facile,tā potēter pſuaſū
eſt,ut mihi id credibile faciat credētiū multitudo. Iuue-
nes & uirgines ſenes cū iunioribus elegerūt mille mor-
tibus mori,quàm uel ad momētum ab iſta fide deficere.
Et hæc qdē mixtura excellēs:ſed excellētior ſcd'a: tertia
ṽò excellētiſſima ē.Primā auris audiuit, ſed oclus nō ui
dit:qa auditū ē& creditū uſq; ī fines terræ magnū illd' pie
tatis ſacramētū:ſed tñ oculꝰ deꝰ nō uidit abſq̨ te:qūo te
intra uirginei uētris anguſtias humano corpore cōiūxi-
ſti.Secūdā oculꝰ uidit:qa ſe fœcūdā& uirginē illa ſingula
ris regina cōſpexit q̄ cōſeruabat oīa uerba hæc cōferēs ī
corde ſuo:cognouit & Ieſeph nō minus teſtis, quàm cu-
ſtos tātæ uirginitatis.Tertia in cor hoīs aſcēdit:cū qd' fa
ctū eſt ſicut factū eſt creditū eſt:cum magis oraculo quàm
oculo credidimꝰ:cū q̄ dicta uel facta ſunt tenemꝰ firmiſſi-
me nullatenꝰ dubitātes.In prima uide qd:in ſcd'a p qd':ī
tertia ꝓpter qd deꝰ dederit tibi.Dedit tibi Chriſtū p ma-
riā ꝓpter ſanitatē.In prima remediū eſt:qa ex deo & hoīe
cathaplaſma cōfectū eſt:qd' ſanaret oēs infirmitates tuas.
Cōtuſe ſunt aūt & cōmixtæ hæ duæ ſpecies in utero uir-
ginis tāquā in mortariolo:ſancto ſpū tanquā piſtillo illas
ſuauiter cōmiſcēte.Sed qa indignꝰ eras cui donaret,datū
eſt mariæ ut p illā acciperes qdqd haberes:q̄ p hoc ꝙ mater
eſt,genuit tibi deū:p hoc ꝙ uirgo eſt,exaudita eſt p reue
rētia ſua,in cauſa tua & totius generis hūani.Si ſola ma-
ter eſſet,ſufficeret ei ut ſaluaret p filiorū generationē:ſi ſo
la ṽgo ſufficeret ſibi:nec bñdictus fructus uētris eius mū
di preciū eſſet.Cū ergo in prima ſit remediū:in ſecūda ad
iutorium eſt : qa nihil nos deus habere uoluit : quod per
mariæ manus non tranſiret. In tertia autē meritū eſt:qa
cum hæc firmiter credimus,iam meritum habemus : & in
fide ſanitas eſt:qui qua crediderit ſaluus erit.

Item in uigilia natalis domini. Sermo quartus.

HOdiernū quidē ſermonē ordinis noſtri conſue-
tudo nō exigit:ſed craſtina opꝰ erit circa miſſa-
rū ſolēnia diutius occupari: & hora breuis ſer-
monis lōgitudinē nō admittet. Propterea non
abs re puto præparare hodie corda ueſtra tātæ ſolēnitati
præſertī cū ſit ꝓfundiſſima ſacramēti huius & incōprehē
ſibilis altitudo:& tāquā fons uitæ quo magis hauriat:eo
magis exuberans nunquā ualeat exhauriri.Deniq̨ ſcio
queadmodū abūdet ꝓ Chriſto tribulatio ueſtra:& utinā
abundet & cōſolatio ueſtra p ipſum.Nā mūdialē qdē cō-
ſolationē uobis offerre nec libet nec licet. Vilis ei & eſt
ad nihilū utilis hmōi cōſolatio:& qd' magis eſt metuen-
dum,etiā ueræ ac ſalubris cōſolatiōis eſt impedimētum.
Propterea qui delectatio eſt & gloria angelorū.ipſe factꝰ
eſt ſalus & cōſolatio miſerorū:qui ī ciuitate ſua magnꝰ &
ſublimis ualde beatificat ciues:ipſe ī exilio paruulꝰ & hu
milis ualde lætificat exules,& qui ī altiſſimis eſt gloria pa
tris:factus eſt ī terra pax hoībus bonæ uolūtatis.Paruulꝰ
eñi datus eſt paruulis,ut magnus detur magnis: & quos
iuſtificat paruulꝰ,magnificet poſtmodū & glorificet ma-
gnus & glorioſus. Hinc ſine dubio uas electionis qd' de
plenitudine paruuli huius acceperat: licet enim paruulꝰ
ſed plenus,plenus gr̄a & ueritate,& in quo habitat oñis
plenitudo diuinitatis corporaliter:hinc utiq̨ Paulꝰ eru- Ioan.1.
ctat uerbū illud bonum, quod his diebus frequēter audi Collo,1.
ſtis.Gaudete in dño ſemper iterum dico gaudete.Gaude
te,inquit,de exhibitione:iterum gaudete de promiſſiōe: Phili.2.
qm̄ & res plena gaudio,& ſpes plena gaudio eſt. Gaude-
te quia iā pcepiſtis dona ſiniſtræ : gaudete qa expectatis
præmia dexteræ.Leua,inquit,eius ſub capite meo:& dex
tera illius amplexabit me. C Leua quidem leuat:dexte Cant.2.
ra ſuſcipit.Leua medetur, & iuſtificat, dextera amplectit
& beatificat.In leua eius merita : in dextera uerò premia
cōtinentur. In dextera,inquā,deliciæ:in ſiniſtra ſunt me
dicinæ.Sed attende pium medicū,attende medicū ſapiē-
tē. Cōſidera diligētius quàm noua medicamina portet:
uide quàm nō mō precioſas,ſed & ſpecioſas attulerit me-
dicinas:nō ſolū putiles ad ſanitatis fructū:ſed & delecta
biles ad aſpectū & ſuaues ad guſtū.Deniq̨ primā eiꝰ me-
dicinā,primū qd' in ſiniſtra portet attēde:& cōceptū iue-
nis ſine ſemie.Intuere obſecro quale ſit iſtud,quàm nouū
quàm āmirabile,quàm amabile,quàm iocūdū. Quid eñi
pulchriꝰ quàm gn̄atio caſta:qd glorioſiꝰ quàm ſancta &
ſyncera cōceptio,in qua nihil pudoris eſt,nihil ſordis,ni
hil corruptiōis? At qm̄ minꝰ fortaſſis detineret nos gra
ta licet ammiratio nouitatis:niſi fructus quoq̨ ſalutis &
utilitatis

utilitatis conſideratio:animum delectaret:conceptus iſte
nō modo glorioſꝰ ī ipſa quaſi exteriori ſpecie,ſed & pre-
Prou.3. cioſus in interiori uirtutæ:ut ſm qd' ſcriptum eſt. In ſini-
ſtra dñi gloria ſimul & diuitiæ inueniant: diuitiæ inquā
Iob.13. ſalutis,cū gloria nouitatis.Quis eñi pōt facere mundum
de immūdo cōceptū ſemine,niſi q ſolus ſine omni illicita
& immūda cōceptus eſt uoluptate? In ipſa radice & ori-
gine mea infectꝰ & inqnatus ſum:immunda eſt cōceptio
mea:ſed eſt à q̊ tollat iſta cōfuſio.Ipſe eā tollit,in quē ſolū
ipſa nō cadit.Diuitias ſalutis habeo ,qbus redimā ꝓpriæ
cōceptiōis impuritatē, Chriſti puriſſimā conceptionem.
Adde adhuc dñe Ieſu:innoua ſigna:īmuta mirabilia:nam
priora qdē ipſa cōſuetudine uiluerunt.Planè eñi ſolis or-
tus & occaſus,terræ fœcūditas,tēporū uiciſſitudo,mira-
cula ſunt & magna miracula : ſed toties hæc uidimꝰ:ut iā
Eſa.43. nō ſit qui attēdat.Innoua ſigna:& immuta mirabilia.Ec-
ce ait,noua facio oñia. Quis hoc ait? Agnus utiq̨ qui ſe
Apoc.5. debat in throno.Agnꝰ planè totꝰ ſuauis,totus delectabi
lis:deniq̨ totꝰ unctꝰ.Hāc eñi īterpretationē habet nomē
eius,qd' eſt Chriſtꝰ.Cui poterit aſper aut durus uideri:q
nec ipſi matri in natiuitate qcquā aſperitatis:qcquā intu
lit læſionis? O noua uere miracula.Cōceptus fuit ſine pu
dore:partus ſine dolore.Mutata eſt in uirgine noſtra ma
ledictio Euæ.Peperit eñi filiū ſine dolore. Mutata eſt,in-
quā,maledictio in benedictionē,ſicut prædictū eſt p ange
Lucæ.1. lū Gabrielē.Benedicta tu in mulieribꝰ.O beata ſola inter
mulieres benedicta & nō maledicta ſola à generali male-
dicto libera: & à dolore parturiētiū aliena. Nec mirū fra
tres ſi dolorem non intulit matri q dolores totius mūdi
tulit,ſm qd' Eſaias ait.Quia uere lāguores noſtros ipē tu
Eſaiæ.53 lit. A Duo ſunt q̄ timet humana fragilitas,pudor & do
lor.Vtrūq̨ Chriſtꝰ tollere uenit,unde & utrūq̨ ſuſcepit:
quādo(ut cætera ſileam)morte, & morte turpiſſima con
dēnatus eſt ab īniquis.Itaq̨ ut fiduciā nobis daret ꝙ tol
leret hæc à nobis,priꝰ matrē ſuā immunē ab utroq̨ ſerua
uit:ut nec in cōſpectu quicquā pudoris, nec in partu qc-
quā doloris exiſteret.Accumulant adhuc diuitiæ, creſcit
gloria:innouant ſigna:& miracula immutant.Nū ſolū ſi-
ne pudore cōceptꝰ:& ſine dolore partꝰ:ſed& mater eſt ſi-
ne corruptiōe. O uere nouitas inaudita. Virgo peperit,
& poſt partū inuiolata pmanſit: fœcunditatē prolis cum
carnis integritate,& gaudiū matris habēs cum uirginita
tis honore.Iam ſecurus expecto promiſſam mihi gloriam
incorruptionis in carne mea:qñquidē cōſeruata per eum
eſt incorruptio etiā in mr̄e ſua. Facile erit ei p quē mater
ipſa incorruptionē nō pdidit pariēdo:ut & corruptibile
hoc īcorruptionē induat reſurgēdo.Habes tñ adhuc ma
iores diuitias:habes gloriā ampliorē. Mater eſt ſine cor-
ruptiōe uirginitatis:filiꝰ ſine oñi labe peccati. Nō cadit
in matrē euæ maledictio:nō cadit in ꝓlē generalis illa cō
ditio de qua dictū eſt p prophetā. Nemo mundus à ſorde
nec infans cuius eſt unius diei uita ſuper terram.Ecce in-
fans ſine ſorde:ſolꝰ inter hoīes uerax:imo & ueritas ipſa.
Ecce agnus ſine macula:agnus dei qui tollit pctā mundi.
Quis eñi pctā melius toleret:quàm is in quē pctm̄ nō ca-
dit? Iſte ſine dubio lauare me pōt:quē conſtat inquinatū
nō eſſe.Hæc manus opertum luto detergat oculū meum:
q̄ ſola ſine puluere eſt.Iſte mihi feſtucā educat de oculo,q
non habet trābē in ſuo:imo iſte trabē educat de meo: q̄
nec exiguum puluerem habet in ſuo. Vidimus certe diui
tias ſalutis & uitæ.Vidimus gloriam eius: gloriam quaſi
Ioan.1. unigeniti à patre. Quæris à quo patre? Et filius altiſſimi
Lucæ.1. uocabit.Manifeſtū eſt quis altiſſimus ſit.Sed ne quis re-
manceat locꝰ diſſimulationis. Qd' ex te naſcet ſanctū(ait
Vbi ſu- angelus gabriel ad mariā)uocabit filius dei . O uere ſan-
pra. ctum. Non dabis dñe ſanctum tuū uidere corruptionem:
Pſal.15. qd' nec matri qdē abſtulit īcorruptionē.Creſcūt miracu-
la:multiplicant diuitiæ: theſaurꝰ aperit. Quæ generat &
mater & uirgo eſt:q generat deꝰ & homo eſt. Sed nunqd
dabit ſanctū canibꝰ,aut margaritæ porcis? Abſcondatur
certè theſaurus noſter in agro:& pecunia noſtra in ſaccu
lo reponat.Operiat cōceptus ſine ſemine matris deſpō-
ſatione:partus ſine dolore, uagitibus paruuli,&merore.
Abſcondat & pturiētis incorruptio legali purificatiōe:
infantis innocētia ſolita circūciſione. Abſconde,inquā,
abſcōde maria noui ſolis fulgorē,pone in præſepio: īuol
ue pānis infantē.Nā & ipſi pāni diuitiæ noſtræ ſunt.Pre
cioſiores ſiqdē pāni ſaluatoris oī purpura:& glorioſius
hoc præſepe auratis regū ſolijs:ditior deniq̨ Chriſti pau
ptas cūctis opibus,cunctiſq̨ theſauris ſeculi.Quid enim
hūilitate ditius,qd p̄cioſius inuenit,qua nimirū regnum
cælorū emitur:& diuina gr̄a acquirit? Sicut ſcriptū eſt.
Beati paupes ſpū:qm̄ ipſorū eſt regnū cœlorū.Et apud Matt.5.
apl'm.Deus ſupbis reſiſtit:hūilibꝰ aūt dat gratiā.Habes Iaco.4.
cōmēdatā à deo humilitatē ī natiuitate.In hac ei exiani-
uit ſemetipm̄,formā ſerui accipiēs,& habitu īuētꝰ ut hō.
Vis adhuc p̄cioſiores diuitias & ſupexcellētē glīam inue
nire? Habes charitatē in paſſiōe. Maiorē hac, dilectionē Ioan.15.
nemo habet,ut aīam ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis.Hæ di
uitiæ ſalutis& gloria ſanguis p̄cioſus quo redēpti ſumꝰ
& crux dñica in qua cū apoſtolo gloriamur.Mihi,īquit, Galat.6
abſit gloriari,niſi in cruce dñi mei ieſu chriſti.Et dicebat.
Nihil arbitratꝰ ſum me ſcire īter uos niſi chriſtū ieſum: 1.Cor.2.
& hūc crucifixū.Ipſa eſt leua chriſtꝰ ieſus:& hic crucifi-
xus:nā dextera quidē chriſtꝰ ieſus,& hic glorioſus.Chri
ſtū,inqt,ieſum,& hūc crucifixū. Fortaſſe crux ipā nos ſu
mus cui chriſtus memoratur infixus.Homo enim formā
crucis habet:quā ſi manꝰ extēderit,exprimet manifeſtiꝰ.
Loquit aūt chriſtus in pſalmo.Infixus ſum in limo ꝓfun-
di.Limū quidē nos eſſe manifeſtū eſt:qm̄ de limo plaſma Pſal.68.
ti ſumus.Sed tūc quidē limus paradiſi fuimus,nūc uerò
limus profundi.Infixus ſum, inquit, non pertranſij:non
receſſi.Vobiſcū ſum uſq̨ ad cōſummationem ſeculi. Ipſe
eſt eñi emanuel nobiſcū deꝰ.Nobiſcū utiq̨ ſed p ſiniſtrā Gen̄.38.
Sic eñi olim Thamar pariēte zarā prius protulit ſolā ma-
nū:quæ ī ſacramēto dñicæ paſſiōis coccineo alligata eſt
filo.Itaq̨ iā quidèm tenemus ſiniſtrā: ſed adhuc clamare
neceſſe eſt.Operi manuū tuarum porriges dexterā.Nam Iob.14.
delectatiōes in dextera tua uſq̨ in finem.Dñe oſtēde no- Pſal.15.
bis dexterā & ſufficit nobis.Gloria,inquit,& diuitiæ in Pſal. 111.
domo eiꝰ utiq̨ q̄ timet dñm.Sed in domo tua dñe quid?
Profecto gratiarū actio & uox laudis,Beati qui habitāt ī Pſal. 83.
domo tua dñe &c.Oculus eñi nō uidit: auris nō audiuit:
& ī cor hoīs nō aſcēdit q̄ præparauit deus diligētibꝰ ſe. 1.Cor.2.
Lux eſt eñi inacceſſibilis:pax eſt q̄ exuperat oēm ſenſum:
fons eſt q̄ aſſcenſum neſcit ſed deſcēſum. Nō uidit oculꝰ
lucem inacceſſibilē,nō audiuit auris pacē incōpræhēſi-
bilē.Specioſi qdē pedes euāgelizantiū pacē.Sed licet in Rom.10
oēm terrā exierit ſonus eorū:pax tñ q̄ exuperat oēm ſen-
ſum nec ipſis quāta erat potuit capi:nedū aliorū auribus
tradi.Ait etiā Paulꝰ ipſe.Fratres ego me nō arbitror cō- Phili.3.
p̄hēdiſſe.Fides qdē ex auditu:auditꝰ aūt p uerbū dei:ſed
fides nō ſpecies:& ꝓmiſſio non exhibitio pacis.Et quidē
pax nūc eſt etiā in terra hoībus bonæ uolūtatis:ſed quid
eſt pax iſta,ad illiꝰ plenitudinē & ſupeminētiā pacis? Vñ Ioā. 14.
& ipē dñs ait.Pacē meā do uobis:pacē relinquo uobis.
Meā ſiquidē q̄ exuperat oēm ſenſum:& eſt pax ſup pacē.
Necdū capaces eſtis:ꝓpterea do uobis patriam pacis:&
relinquo interim uiā pacis.Sed qd eſt qd' diximꝰ in cor
hoīs nō aſcendit? Vtiq̨ quia fons eſt & aſcenſum neſcit.
Scimꝰ eñi qa fontiū natura eſt riuos ſectari cōualliū:mō-
tiū ardua declinare:ſicut ſcriptū eſt.Qui emittit fontes ī
cōuallibꝰ:inter mediū mōtiū ptranſibūt aquæ.Hoc aūt Pſal.103
eſt unde ammonere ſæpiꝰ ſtudeo ueſtrā charitatē:qa deꝰ
ſupbis reſiſtit:humilibus autē dat gratiā.Fons eñi ad al- Ioco.4.
tiora nō aſcendit: quàm ſit locus eius unde ꝓcedit.Sed
uideri pōt ſm hāc regulā nō impediri à ſupbia uias gr̄æ:
p̄ſertim ꝙ ille primꝰ ſupbꝰ q ſm ſcripturā rex eſt,ſup oēs
filios ſuperbiæ,dixiſſe nō legit altior ero:ſed ero,inquit,
ſimilis altiſſimo. Attamē nō mentit apoſtolus:qm̄ ille ex
tollitur ſupra oē qd' credit aut qd' colitur deus. Horret
humanus auditus uerbum:ſed utinam horreat ſimiliter

animus cogitatū malignū pariter & affectū. Dico eīm uo
bis ꝙ nō ille tantū: ſed & oīs ſupbus extollit ſupra deum.
Vult eīm deus fieri uolūtate ſuā: & ſupbus uult fieri ſuā.
Iam uidet æqualitas: ſed attende male cogruā ꝓportio-
nē. Deꝰ quidē ī his tm̄ quæ ratio approbat ſuā uult fieri
uolūtatē: ſupbus uō & cū ratiōe & cōtra ratione. Vides
qm̄ altitudo eſt: & nō illuc ꝑueniūt fluēta gratiæ. Niſi cō
uerſi fueritis, inquit, & efficiamini ſicut paruulus iſte (ſe
aūt dicit q eſt fons uitæ, in quo habitat, & ū manat ple-
nitudo oīm grarū) nō intrabitis in regnū cælorū. Para
proinde riuulos: aggeres terrenæ & elatæ cogitatiōis di
ſperge: cōformare filio hoīs nō primo hoī: quia fons grāæ
in cor hoīs carnalis ſcilicet & terreni nō aſcēdit. Oculū
quoqꝫ purga, ut uidere poſſis meriſſimā lucē: & aurē tuā
inclina ad obediēdū: ut qn̄qꝫ ꝑuenias ad quietē ꝑpetuā
& pacē ſup pacē. Lux eīm eſt ꝓpter ſerenitatē: pax ꝓpter
trāquillitatē, fons ꝓpter affluentiā, & æternitatē. Fontē
aſſigna prī ex quo naſcit filius, & ꝓcedit ſpūſſanctus: lucē
filio qui eſt utiqꝫ cādor uitæ æternæ, & lux uā illuminās
oēm hoīem uenientē ī hūc mundū: pacē ſpūiſctō, qui ni-
mirū ſup humilē, & quietū requieſcit. Nec hoc dico tan-
quā ꝓpria iſta ſint ſingulorū: nā & pr̄ lux eſt, ut ſit filius
lumē de lumīe: & filiꝰ pax ē: pax nr̄a q fecit utraqꝫ unū, &
ſpūſſctūs fons eſt aquæ ſaliētis in uitā æternā. Sed qn̄ ad
hæc ꝑueniemus? Qn̄ adimplebis me dn̄e lætitia cū uultu
tuo? Gaudemus in te qm̄ uiſitaſti nos oriēs ex alto: iterū
gaudemus ſpectantes beatā ſpē in aduentu ſecundo. Sed
qn̄ ueniet plenitudo lætitiæ nō de memoria, ſed de pre-
Phili.4. ſentia: de exhibitione nō de expectatiōe? Modeſtia ur̄a,
ait apoſtolus, nota ſit oībus hoībus: dn̄s ꝓpe eſt. Dignū
eſt eīm ut & modeſtia nr̄a nota ſit ſicut dn̄i dei noſtri mo-
deſtia cunctis innotuit. Quid eīm magis īcōgruū: quàm
ut immoderatè agat homo: conſcius ꝓpriæ infirmitatis:
qn̄quidē apparuit inter hoīes modeſtus dn̄s maieſtatis?
Matt.11. Diſcite, inquit, à me quia mitis ſum, & humilis corde, ut
poſſit etiā modeſtia ueſtra innoteſcere cæteris. Iā qđ ſeq-
tur dn̄s prope eſt: de dextera debet intelligi. Nam de ſini
ſtra ipſe loquit. Ecce ego uobiſcū ſum oībus diebus uſqꝫ
ad cōſummationē ſeculi. Prope eſt dn̄s fratres mei, nihil
ſoliciti ſitis: in ꝓximo eſt, & citius apparebit. Nolite defi
Mat.28 cere: nolite laſſari: quærite eum dū inueniri poteſt: inuo-
cate eū dum ꝓpe eſt. Prope eſt dn̄s his qui tribulato ſunt
Pſal.33. corde: prope eſt expectantibus eū, expectantibꝰ eū in ue-
ritate. Deniqꝫ uis noſſe quàm prope eſt? Audi ſpōſam de
Cāti.2. ſponſo canentem. Quoniam ecce ſtat poſt parietem. Pa-
rietem iſtum corpus tuum intellige: quod obſtaculū im-
Phili.1. pedit: ut eum qui prope eſt nondum ualeas intueri. Pro-
ptérea Paulus ipſe diſſolui cupit, & cū Chriſto eſſe: & ex
Rom.7. clamās miſerabilius. Infœlix, inquit, ego homo: quis me
liberabit de corpore mortis huius? Sic & ꝓpheta in pſal
Pſal.141 mo. Educ, inquit, de carcere animam meam ad confiten-
dum nomini tuo.

Item in uigilia natalis domini de reſponſorio
Sanctificamini hodie. Sermo. V.

SAnctificamini hodie: & eſtote parati: die enim
craſtina uidebitis maieſtatē dei in uobis? Ce-
lebraturi dn̄icæ natiuitatis ineffabile ſacramē
Leu.20. tum iure quidem monemur fratres in oīn̄i ſan
ctificatione præparari. Adeſt eīm ſanctuſſanctorum: adeſt
ipſe qui dixit. Sancti eſtote: quia & ego ſanctus ſum: dn̄s
deꝰ ueſter. Alioquin qūo dabit ſanctū canibus: & marga
rita porcis: niſi prius illi ab iniquitate, iſti ab illicita uo-
luptate purgati de cetero tota ſolicitudie fugiāt: illi qui-
dem uomitū: iſti uolutabrū luti? Suſcepturus olim diui-
na mādata carnalis iſrael ſctificabat in iuſtitiis carnis: in
baptiſmatibus uariis: ī mūeribus & hoſtiis q̄ nō poterāt
iuxta cōſcientiā pfectū facere ſeruientē. Verū hæc quidē
oīa trāſiere: nimirū uſqꝫ ad tēpus correptiōis īpoſitæ: qđ
utiqꝫ iā aduenit. Oportune igit ex hoc iā pfecta nobis in
Matt.5. dicit ſanctificatio, interna mandat ablutio: exigit mūdi-
tia ſpūalis: dicēte dn̄o. Bti mūdo corde: qm̄ ipi deū uide-
būt. Ad hoc uiuimꝰ frēs: ad hoc nati, ad hoc uocati ſumꝰ:
ad hoc nobis dies hodiernꝰ illuxit. Erat aliqn̄ nox: qn̄ ne
mo Poterat hæc operari. Erat nox in uniuerſo orbe ante
ueri luminis ortū: ante xp̄i natiuitatē. Erat nox ēt ſingu-
lis qbuſqꝫ noſtrū ante ſuā cuiuſqꝫ cōuerſionē & īternā re-
generationē. An non ꝓfundiſſima nox, & dēſiſſimæ tene-
bræ erāt ſup uniuerſam faciē terræ cū olim prēs noſtri fa
ctitios colerēt deos: & inſano penitus ſacrilegio ligna &
lapides adorarēt? An nō etiā cuiqꝫ noſtrū caliginoſa nox
erat, cū tāquā ſine deo in hoc ſeculo uiueremꝰ: cū ābulare
mus poſt cōcupiſcētias nr̄as: cum ſectaremur carnis illece
bras: cū obtēperaremꝰ deſideriis ſclaribꝰ: cū exhiberemꝰ
mēbra nr̄a arma iniqtatis pctō: cū ſeruiremus iniqtati ad
iniqtatē: in qbꝰ nūc merito erubeſcimꝰ tāquā opibꝰ tene
brarū? Qui dormiūt nocte dormiūt, apl's ait: & q ebrii ſūt 1.Theſſa.5.
nocte ebrii ſunt. Et hæc qdem fuiſtis: ſed excitati eſtis: ſed
ſctificati eſtis: ſi tm̄ filii lucis eſtis & filii diei: nō noctis neqꝫ
tenebrarū. Siqdē p̄co diei eſt ēt ille q clamat. Sobrii eſto- 1.Pet.4.
te & uigilate. Et iudæis loqbat in pētecoſte de cōdiſcipu
lis. Quō hi ebrii ſunt cū ſit hora diei tertia? Hoc ei eſt qđ Actu.2.
ait eiꝰ coapoſtolꝰ. Nox p̄ceſſit: dies aūt appropinquauit. Rom.13.
Abiiciamus ergo opa tenebrarū: & induamur arma lucis:
ſicut in die honeſte ambulemꝰ. Abiciamꝰ, inqt, opa tene-
brarū ſomnolētiā. ſ. & ebrietatē: qm̄, ut ſupra meminimꝰ,
q dormiūt nocte dormiūt: & qui ebrii ſunt: nocte ebrii ſūt
ut tāquā ī die nō dormitemꝰ, ſed ābulemꝰ atqꝫ hoc quidē
honeſte, nō temulētè. Vides hoīem cuiꝰ ad oē bonū dor-
mitat aīa eiꝰ p̄ tædio: in tenebris eſt uſqꝫ adhuc. Vides in-
ebriatū abſinthio ſapiētē pluſquā oportet nō ad ſobrieta
tem: cuius nec oculus uiſu, nec auris impleat auditu: qui
pecuniā aut ſimile aliqd diligēs, nō ſatiet: lōgā iſtar ydro
pici ſitim bibēs: filiꝰ noctis eſt & tenebrarū. Nec facile ſe-
parantur hæc duo dicente ſcriptura. Qm̄ in deſideriis eſt
omnis ocioſus: hoc eſt in ebrietate oīs ſomnolentus. San
ctificemur ergo hodie & parati ſimus: parati quidem ho-
die nocturnum excutiēdo ſoporem. Porro ſanctificati ni-
hilominus tāquā in die ab ebrietate nocturna cupidinis
noxiæ frenando furorem. In his eīm duobus mādatis to-
ta lex pendet & prophete: q̄ ſunt declinare à malo: & fa-
cere bonum. Verum hoc hodie: nam craſtina nec in ſan-
ctificatione erit, nec in præparatione: ſed in uiſione utiqꝫ
maieſtatis. Craſtina, inquit, die uidebitis maieſtatem dei
in uobis. Hoc eſt quod ait patriarcha Iacob. Cras mihi Gen̄.30.
reſpōdebit iuſtitia mea. Hodie enim iuſtitia colitur, cras
reſpōdebit: hodie exercetur, cras fructificabit. Alioquin
quod non ſeminauerit homo, nec metet. Nec enim tunc
uidebit maieſtatem, qui contempſerit interim ſanctitatē:
nec orietur ei ſol gloriæ: cui ſol iuſtitiæ ortus nō fuerit:
nec illuceſcet ei dies craſtina: cui non luxerit hodierna.
Nimirum idem ipſe qui hodie quidèm nobis factus eſt à
deo patre iuſtitia: apparebit cras uita uoſtra, ut & nos cū
eo appareamus in gloria. Hodie enim paruulꝰ naſcit no-
bis: ut non apponat homo magnificare ſeipſum: ſed con-
uertamur magis, & efficiamur ſicut paruuli: cras exhibe-
bit magnus dn̄s & laudabilis nimis: ut ipſi quoqꝫ magni
ficemur in laude: cum uidelicet erit unicuiqꝫ laus à deo.
Nimirum quos hodie iuſtificauerit cras magnificabit: &
conſūmationi ſanctitatis ſuccedet uiſio maieſtatis. Nec
inanis uiſio, quæ nō niſi in ſimilitudine cōſtat: ſimiles eīm
ei erimus: qm̄ uidebimus eū ſicuti eſt. Vnde & hic quoqꝫ
nō ſimplr dicit, uidebitis maieſtatē dei: ſed additur ſignā
ter in uobis. Hodie nimirum tāquā in ſpeculo: nos in eo
uidemus, dū noſtra ſuſcipit: cras uidebimus eum ī nobis,
qn̄ iā ſua donabit: cum oſtendet nobis ſeip̄m: & aſſumet
nos ad ſeip̄m. Hoc eſt ꝙ tranſeuntē ſeſe miniſtraturū fore
ꝓmiſit: de cuius interim plenitudine accepimus: nō ſanè
gloriā ꝓ gloria: ſed gratiā ꝓ gratia: ſicut ſcriptū eſt. Gra- Pſal.83.
tiā & gloriā dabit dn̄s. Ne ergo cōtēnas priora munera,
ſi ſequētia cōcupiſcis: nec faſtidias prius edulīū, ſi uis ac
cipere quæ ſequuntur. Vel pro ipo ferculo: in quo appo-
nit, qđ apponit, ſumere non recuſes. Ferculū enim impu
tribile

tribile fecit ſibi pacificꝰ noſter, corpꝰ īcorruptibile aptās
Pſal.15. ſibi: in quo ſalutis æpulas miniſtraret. Nō dabis, inqt, ſan
ctum tuū uidere corruptionē. Illud utiqꝫ de quo Gabriel
Lucæ.1. ad Mariā qđ naſcetur, ait, ex te ſctm̄ uocabit filiꝰ dei. Ab
hoc igit ſctō hodie ſctificemur, ut maieſtatē eiꝰ ubi dies il
la aſpirauerit uideamꝰ. Siqdē dies ſctificatꝰ illuxit nobis:
dies ſalutis, nō glīæ aut fœlicitatis. Deniqꝫ donec paſſio
ſcti ſctōrum annūciat: q̄ nimirū in paraſceue paſſus eſt: id
eſt in die p̄parationis: merito oībꝰ dicit: ſctificamini hodie
& eſtote parati. Sāctificamini magis ac magis de uirtute
in uirtutē ꝓficiendo: & eſtote parati pſeuerādo. In qbꝰ tm̄
ſctificabimur? Legi de quodā, dicēte ſcriptura. Qm̄ ī fide
Ecc.45. & lenitate ipſiꝰ ſctm̄ fecit illū: neqꝫ eīm hoībus ſine lenita
te, nō plus quàm deo ſine fide, placere poſſibile eſt. Meri-
to ſanè ī his monemur eſſe parati: qbꝰ & deo cōueniamꝰ,
cuiꝰ maieſtatē uiſuri ſumꝰ: & nobis inuicē, ut in nobis eā
pariter uideamus. Propterea ſiquidē oportet nos ꝓuide-
re bona, nō ſolū corā deo: ſed etiā corā hoībus: ut nō tan-
tū regi noſtro: ſed & cōciuibꝰ & cōmilitonibꝰ nr̄is grati
eſſe poſſimus. Et quidē āte oīa fides q̄renda eſt: de qua le
git. Fide mūdans corda eorū. Beati eīm mūdo corde, qm̄
Actu.19 ipſi deū uidebūt. Crede ergo te deo: committe te ei: iacta
Math.5 in eū cogitatū tuū: & ipſe te enutriet, ut fiducialiter & fi
deliter dicas. Dn̄s ſolicitus eſt mei: neqꝫ enim hoc ſapiūt
homines amantes ſeipſos: homines ſcioli & ſoliciti pro ſe
Pſal.29. ipſis, curam carnis perficientes in deſideriis: ſurdi ad uo-
cem dicentis. Oēm ſolicitudinem ueſtram pꝛiciētes in eū:
1.Pet.6. ipſi eīm cura eſt de uobis. Nam ſibi quidē ipſi fidere, non
fidei, ſed perfidiæ eſt: nec confidentiæ ſed diffidentiæ ma-
gis in ſemetipſo habere fiduciam. Is uere fidelis eſt: q nec
ſibi credit: nec ī ſe ſperat: factus ſibi tanquā uas perditū:
ſed ſic perdēs animā ſuā, ut in uitā æternā cuſtodiat eam.
Porrò id quidē ſola facit humilitas cordis: ut nō ſibi fide
lis aīa innitat: ſed deſerēs ſemetip̄am aſcēdat iā de deſerto
innixa ſup dilectū: atqꝫ ideò delitiis affluēs. Sanè ut per
fecta ſit ſanctificatio: etiā manſuetudinē & gratiā ſocialis
uitæ à ſanctoſanctorū diſcamus oportet: ſicut ip̄e ait. Di-
Math.11. ſcite à me q a mitis ſum & humilis corde. Quid eīm huiuſ
modi hoīem dicere ꝓhibet delitiis affluentem, qui ſuauis
& mitis & multæ miſericordiæ, oībus oīa factus eſt: & uni
uerſos ꝑfundit oleo quodā māſuetudinis & lenitatis: quo
ſic infuſus eſt ſic ꝑfuſus etiā & ſupfuſus, ut ſtillare uideat
undiqꝫ? Fœlix qui gemina hac ſanctificatione paratꝰ dice
Pſal.17. re pōt. Paratū cor meū deꝰ: paratū cor meū. Habet hodie
quidem fructū ſuum in ſanctificationē, craſtina die finem
habiturus uitā æternam. Videbit eīm maieſtatem dei: qđ
utiqꝫ uita æterna eſt: ſicut & ueritas ait. Hæc eſt uita æter
Ioan.17. na: ut cognoſcant te ſolū uerū deū: & quem miſiſti ieſum
xp̄m. Reddet ei coronā iuſtitiæ iuſtꝰ iudex in illū diē: cui
ſanè altera nō ſuccedet. Tūc uidebit & affluet: & mirabit
& dilatabit cor ipſiꝰ. Quouſqꝫ dilatabit? Vſqꝫ ad uidēdā
in ſe maieſtatē dei. Nolite arbitrari fratres ꝙ illā uobis ꝓ
miſſionē uerbis explicare poſſimꝰ. Sctificamini hodie &
eſtote parati: craſtina die uidebitis & gaudebitis: & gau-
diū ueſtrum implebit. Quid eīm maieſtas illa nō impleat?
Luc.6. Etiā ſupimplebit & ſupeffluet. Quādo mēſurā bonā & cō-
fertā & coagitatā & ſupeffluētē dabūt in ſinus ur̄os. Vſqꝫ
adeo quidē ſupeffluet, ut ſupramodū in ſublimitate exce
dat nō modo merita, ſed & uota: ſicut uerè potēs eſt face-
re: ſupra quā nos intelligere aut ſperare poſſumꝰ. Nā de-
ſideria qdem noſtra in tribus maxime cōſtituta uidētur:
qđ decet: qđ expedit: qđ delectat. Hæc ſunt quæ cōcupi
ſcimus: oēs quidē omnia: ſed alius magis hoc, alius illud.
Ille ſic deditus eſt uoluptati: ut nec honeſtatem ſatis repu
tet nec utilitatem: ille quæſtui magis incūbans & hone-
ſtū diſſimulat & iocundum: ille uoluptatis pariter & utili
tatis negligentior, ſolū uel maxime honorē ſectatur. Nec
uerò rep̄henſibile deſiderium horū: ſed ſi ſibi quæreremꝰ
ea, ubi uerè inueniremus? Hæc enim ubi uerè ſunt unum
ſunt atqꝫ ipſum utiqꝫ ſummum bonum: ſumma utilitas:
ſumma gloria: ſumma uoluptas. Atqꝫ hæc quidē quantū
interim capere poſſumus expectatio noſtra eſt, & promiſ
ſa nobis uiſio maieſtatis in nobis, ut deus ſit oīa in oībꝰ,
omne iocundum, omne utile, omne honeſtum.

Item in uigilia natalis domini de pronuncia-
tione ipſius. Sermo. VI.

AVditū audiuimus plenū grā, dignū acce- Abdi.1.
ptiōe, Ieſus xp̄s filius dei in bethleē iudæ
naſcit. Aīa mea liquefacta eſt in ſermone
iſto: ſed & ſpūs meus in precordiis meis
æſtuat iocūditatē hāc & exultationē ſoli-
to uobis deſiderio eructuare feſtinās. Ie-
ſus interpretat ſaluator. Quid tā neceſſariū pditis, qd tā
optabile miſeris, qd tā utile deſperatis? Alioquin unde
ſalꝰ, unde uel tenuis aliqua ſpes ſalutis in lege pc̄ti, in cor
pore mortis, in malitia hac diei & loco afflictiōis: niſi no
ua nobis, & inſperata naſceret? At tu fortè ſalutē optas:
ſed curatiōis acerbitatē teneritudinis pariter, & ægritu-
dinis ꝓpriæ cōſcius reformidas. Ne timeas, xp̄s eſt ſuauis
planè, & mitis & multæ miſericordiæ, unctꝰ oleo lætitiæ
pre participibus ſuis, eis nimirū, qui licet nō ipſam plenitu
dinē: de plenitudine tamē huius accipiūt participiū un-
ctiōis. Ne uerò ſuauē audiēs, īefficacē fore autumes ſalua
torē, addit etiā filiꝰ dei. Qualis eīm pater talis filiꝰ, cui ſub
eſt cū uoluerit, poſſe. Aut forſitā utilitate ſalutis & iocun
ditate unctionis audita. neſcio quid ſubmurmuras, puto
etiā de honeſtate ſolicitus. Saluatorē tibi gratularis adeſ
ſe, ut pote iacens paralyticus in grabato: aut magis inter
Hieruſalē & Hierico ſemiuiuꝰ in uia. Ampliꝰ aūt lætaris
nec durū eſſe medicū, nec grauibus uti medicinis: ne tibi
forſitā intolerabilior uideatur breuis ipſa curatio, quàm
diuturna ægritudo. Sic nimirū, ſic uſqꝫ hodie multi pe-
reūt medicū fugientes: ꝙ Ieſum quidē nouerint, ſed Chri
ſtū neſciāt, humano ſenſu de multitudine & malignitate
morborū, paratæ ſibi medelæ moleſtiā æſtimātes. Iā uerò
ſi certus es de ſaluatore, & nihilominus Chriſtū eſſe co-
gnoſcis: nō utetē cauterio, ſed unguēto: nō uſtiōe, ſed
unctiōe curātē: unū adhuc arbitror ingenuā poſſe moue-
re creaturā: ne fortè (quod abſit) ſaluatoris huius nō ſa-
tis cōdigna uideat eſſe perſona. Puto tamē nō uſqꝫ adeo
ambitioſus es & gloriæ cupidus, aut zelator honoris: ut
ab uno quopiā è conſeruis tuis ſi preſtare poſſet hāc gra-
tiā ſuſcipere detractares. Nā ſi angelus aut archangelus
eſſet: uel ex ſuperiori quouis ordine ſpirituū beatorum:
multo minꝰ animoſitas tua, qđ cauſaret, haberet. Nūc aūt
tāto ampliore tibi deuotione ſuſcipiēdus eſt iſte ſaluator
quāto differētius præ cæteris omnibꝰ nomē hæreditauit,
Ieſus xp̄s filiꝰ dei. Et uide ſi nō euidētius hæc tria ad pa-
ſtores loquens angelus cōmēdauit gaudiū magnū, quod
euāgelizabat exponēs, quia, inquit, natus eſt uobis hodie
ſaluator qui eſt Chriſtus dn̄s. Exultemus igit fratres in
hac natiuitate & multipliciter gratulemur in ea, quam &
ſalutis utilitas & unctionis ſuauitas, & filii dei maieſtas tā
eleganter illuſtrat: ut nihil deſit ex omnibus quæ deſide-
rantur: nec commodum, nec iocūdum, nec honeſtū. Exul
temus inquam ruminantes intra noſmetipſos & inuicem
eructuātes ſuaue uerbum: eloquiū dulce: Ieſus Chriſtus
filius dei naſcitur in bethleē iudæ. Nec mihi quis ad iſta
reſpondeat indeuotus, ingratus, irreligioſus. Nō eſt hoc
nouum, olim auditum eſt: olim factum eſt: olim natus eſt
Chriſtꝰ. Ego enim dico olim & ante. Nec mirabitur olim
& ante, cui propheticum illud occurrerit in æternum &
ultra. Natus eſt ergo Chriſtus, nō modo ante hæc noſtra
tempora: ſed ante tempora uniuerſa. Verum quidem illa
natiuitas poſuit tenebras latibulum ſuum, imo uerò ma-
gis lucem habitat inacceſſibilem: latet in corde patris in
monte umbroſo & condenſo. Vt ergo aliquatenus inno-
teſceret, natus eſt: & in tempore natus ex carne, natus in
carne, factum eſt uerbum caro. Quid tamen mirum ſi uſqꝫ
hodie dicitur in eccleſia: chriſtus filiꝰ dei naſcitur: quādo
tā lōge antea dicebatur (haud dubiū quin de ipſo) puer
natus eſt nobis? Olim cœpit audiri uerbum hoc: & nemo

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Téllez

ſanctorũ aliqñ faſtidiuit. Siquidẽ ieſus xp̃s filius dei: heri
& hodie & in æternũ. Hinc nimirũ primus homo omniũ
uiuentiũ pater, magnũ eructuans ſacramentũ: qđ in xp̃o
& in eccleſia apl'is poſtmodũ euidentius cõmendauit: Re
Ephe.5. linquet, ait, homo patrẽ & matrẽ & adhærebit uxori ſuæ,
& erunt duo in carne una. Hinc nihilominus Abraã pa-
ter omniũ credentium exultauit ut uideret diẽ hũc: & ui
Ioan.18. dit & gauiſus eſt. Alioquin qñ ſeruũ iurantẽ ſibi per deũ
cæli, ſub femore ſuo manũ ponere p̄cepiſſet: ip̃m niſi uti-
cꝫ deũ cæli ex eodẽ naſciturũ femore p̄uidiſſet. Hoc quo
Gen̄.24 cꝫ cõſiliũ cordis ſui homini ſm̃ cor ſuũ reuelauit deus cui,
iurauit ueritatẽ & nõ fruſtrabit̃ eum. De fructu, inquiẽs,
p̄s.131. uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. Vnde & in bethleẽ
iudæ naſcitur: ſicut angelus ait, ciuitate Dauid: uticꝫ p-
Lucæ.2. pter ueritatem dei ad confirmandas promiſſiones patrũ.
Hoc etiam multipharie multiſcꝫ modis cæteris reuelatũ
Hebr .1. eſt patribus & prophetis. Abſit autem ut à diligentibus
deũ aliquando fuerit negligenter auditum: niſi forte ne-
Exod.4. gligere uidebat̃ qui dicebat. Obſecro domine mitte quẽ
Eſai.94. miſſurꝰ es: aut faſtidire qui clamabat. Vtinã dirumperes
cælos & deſcenderes: cæteracꝫ ſimilia. Idipſum deinde
apl'i ſc̃ti uiderunt & audierũt, & manꝰ eorũ tractauerũt
Mat.13. de uerbo uitæ: quibus ſingulariter aiebat. Beati oculi
uidẽt quæ uos uidetis. Poſtremo hoc idem nobis quocꝫ
ſeruatum eſt fidelibus uticꝫ theſauris fidei cõmendatum,
Ioa.20. ip̃o ꝑæque dicente. Beati qui nõ uiderunt & crediderunt.
Pars noſtra hæc in uerbo uitæ. Nec ſanè contemptibilis
ex qua nimirũ uiuit̃ & qua uincitur mundus: quoniam
Abdi.2. Iuſtus ex fide uiuit. Et hec eſt uictoria quæ uincit mũdũ,
fides noſtra: Hæc eſt quæ uelut quoddã æternitatis exem
plar præterita ſimul & præſentia ac futura, ſinu quodam
uaſtiſſimo comprehendit: ut nihil ei prætereat: nihil pe-
reat, p̄eat nihil. Merito proinde in teſtimonium fidei ue-
ſtræ ubi facta eſt uox annũciationis huius in auribus ue-
ſtris exultaſtis in gaudio: egiſtis gratias: proſtrati ſolo te
nus adoraſtis: cõcurrẽtes uelut ſub umbra alarum eius,
& ſub pennis eius ſperantes. Nunquid non ſinguli nati-
uitate ſaluatoris audita, clamaſtis in cordibus ueſtris, di-
Pſal.72. centes, Mihi aũt adhærere deo bonũ eſt. Aut potius illđ
p̄s.16. qđ idẽ p̄pheta ait. Deo ſubiecta iſto anima mea. Infœlix
nimirũ quiſquis ficte p̄ſtratus, corde rigido corpus hũi-
liauit. Eſt em̃ qui humiliat̃ nequiter: interiora aũt eiꝰ ple
na ſunt dolo. Quiſqs em̃ neceſſitatẽ ſuã minus cõſiderat:
minus ſentit incõmoda: minus pericula pauet: minus de-
Pſal.89. uote confugit ad remedia orte ſalutis: minꝰ affectuoſe ſe-
ſubijcit deo: minus fideliter pſallit. Domine refugiũ factꝰ
p̄ſ.89. es nobis. Huius adoratio minꝰ accepta, huius proſtratio
minus uerax: huius humiliatio minus habens: huius etiã
uictorioſa minus, imo & minus uiuida fides. Quid tamẽ
dicit? Beati qui nõ uiderunt & crediderunt: Quaſi nõ ui
deatur ipſum credere quodãmodo iã uidere. Sed aduer-
te diligenter cui & qñ dictũ ſit: ei uticꝫ qui arguebatur ꝙ
q̃a uidiſſet crediſſet. Necꝫ em̃ adip̃m eſt uidiſſe & ideò,
crediſſe: qđ credẽdo uidiſſe. Alioqn Abrahã pr̃ ueſter
quonã mõ dñicũ hũc uidiſſe diem, niſi credẽdo, credẽdus
eſt? Sed & illud quõ accipiet̃ qđ hac nocte cãtatũ eſt no-
bis: ſc̃tificamini hodie & eſtote parati: craſtina die uidebi
tis maieſtatẽ dei in uobis ſi nõ mente uidere eſt: pia deuo
tione rep̄ſentare & recolere fide nõ ficta, magnũ illud ma
gnæ pietatis ſacramẽtũ qđ manifeſtatũ eſt in carne: iuſti-
ficatũ eſt in ſpũ: apparuit angelis: prædicatũ eſt gentibus
creditũ eſt mũdo: aſſumptũ eſt in gloria? Semper igitur
nouũ qđ ſemper innouat mentes: nec unquã uetꝰ qđ fru
ctificare nõ ceſſat, qđ in perpetũ nõ marceſſit. Hoc eſt em̃
ſanctũ: qđ nõ dat̃ uidere corruptionẽ. Hic nouus homo:
q nulliꝰ unquã uetuſtatis capax, etiã eos quorũ inuetera-
uerũt oĩa oſſa: in uerã uitæ trãſſerat nouitatẽ. Inde eſt ꝙ
etiã in preſenti tã iocũdiſſima annunciatione ſi aduerti-
ſtis cõgrue ſatis dicit̃ nõ tã natus eſſe quàm naſci. Ieſus
xp̃s filius dei naſcit̃ in Bethleem iudæ. Sicut em̃ quodam
modo immolat̃ adhuc quotidie, donec mortẽ eius annũ-
ciamus: ſic uidet̃ & naſci: dũ fidel'r rep̄ſentamꝰ eius natiui
tatẽ. Die igit̃ craſtina uidebimꝰ maieſtatẽ dei: ſed ſanè in
nobis nõ in ſeipſo: uticꝫ maieſtatem in humilitate: uirtu-
tem in infirmitate: in homine deum. Ipſe eſt em̃ emanuel,
qđ interpretat̃ nobiſcũ deus. Et euidentius audi. Verbũ, Ioann.1.
inquit, caro factũ eſt: & habitauit in nobis. Denicꝫ ex tũc
& deinceps uidimus gloriã eius: ſed gloriã quaſi unige-
niti à patre: uticꝫ plenũ gratiæ uidimus, & ueritatis. Nõ
em̃ gloriã poteſtatis aut claritatis, ſed gloriã paternæ pie
tatis, gloriã gr̃æ: de qua apl's. In laudẽ, inquit, gloriæ gra Ephe.1.
tiæ ſuæ. Sic ergo naſcit̃. Sed ubi putas? In Bethleẽ iudæ:
necꝫ em̃ decet nos ita Bethleẽ præterire. Tranſeamꝰ uſcꝫ
Bethleem dicunt paſtores: nõ Bethleem pertranſeamus.
Quid em̃ ſi pauper uiculꝰ eſt? Quid ſi uidet̃ minima ĩ iu-
dæa? Ne id quidẽ icõgruũ ei qui cũ diues eſſet p̄pter nos
factus eſt pauper: & cũ eſſet magnus dñs & laudabilis ni-
mis, paruulꝰ natus eſt nobis. Et dicebat. Beati pauperes
ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ. Itemcꝫ. Niſi cõ-
uerſi fueritis & efficiamini ſicut puer iſte: nõ intrabitis in Matt.5.
regnũ cælorũ. Vnde etiã ſtabulũ elegit & præſepe: uticꝫ Mat.16.
domũ luteam & diuerſoriũ iumentorũ, ut hunc eſſe ſcias
qui de ſtercore erigit pauperẽ, & ſaluos facit hoĩes & iu-
menta. Vtinã aũt inueniamur & nos Bethleẽ iudæ, ut in
nobis quocꝫ dignet̃ naſci & audire mereamur, q̃a Vobis
timentibus deũ oriet̃ ſol iuſtitiæ. Fortè em̃ eſt hoc qđ ſu Mal.4.
pra meminimꝰ, ad uidẽdã in nobis dñi maieſtatẽ, & ſancti
ficatiõe opus eſſe & præparatiõe. Nã & iuxta prophetã,
facta eſt iudæa ſanctificatio eius: quia uidelicet oĩa in con
feſſione lauant̃, & domꝰ panis, qđ Bethleẽ ſonat, ad p̄pa-
rationẽ fortaſſe uidet̃ magnopere ꝑtinere. Quomõ enim
ille paratus eſt: ut excipere tãtũ hoſpitẽ poſſit, qui dicit:
quia nõ eſt in domo mea panis? Denicꝫ quia imparatus
erat quidã neceſſe habuit amici oſtiũ clauſum media no- Eſaiæ.3.
cte pulſare & dicere. Quia amicus meus uenit ad me de Pſal.3.
uia, & nõ habeo qđ ponã añ illũ. Paratũ cor eius ſperare Lucæ.11.
in dño, ait p̄pheta. haud dubiũ quin de iuſto loquẽs. Cõ Pſal.111.
firmatũ eſt cor eius, nõ cõmouebit̃. Nõ eſt paratũ cor qđ Vbi ſup̄
nõ eſt cõfirmatũ. Scimus aũt, ipſo eodẽ teſte propheta, ꝙ
panis cor hoĩs cõfirmet. Nõ eſt ergo paratũ ſed aridũ & Pſal.101.
exãgue cor eius, qui oblitus eſt comedere panẽ ſuum. Eſt
aũt paratꝰ & nõ turbatꝰ ut cuſtodiat mãdata uitæ, q obli
tus ea quæ retro ſunt, in ea quæ añ ſunt ſe extẽdit. Vides
quàm fugiẽda quædã, quàm ſit quædã obliuio cupiẽda?
necꝫ em̃ totus Manaſſes iordanẽ trãſijt: ſed nec totꝰ citra
ſibi elegit mãſionẽ. Eſt qui oblitus eſt dñi creatoris ſui, &
eſt qui prouidet eũ in cõſpectu ſuo ſemper, oblitus popu
lũ ſuũ & domũ patris ſui. Et ille quidẽ cæleſtia obliuiſcit̃,
hic uerò quæ ſunt ſup terrã: iſte præſentia, ille futura, iſte
que uidẽtur, ille que nõ uident̃: poſtremo iſte q̃ ſua ſunt,
ille que Ieſu xp̃i. Vtercꝫ Manaſſes, utercꝫ obliuioſus, ſed
alter qdẽ Hier'lm, alter Babylõis oblitꝰ, alter eorũ q̃ im-
pediũt, & iſte paratꝰ, alter ſanè eorũ magis quæ expediũt
& q̃ nõ expedit obliuiſci: atcꝫ hic pœnitꝰ imparatꝰ ad ui
dẽdã in ſe dñi maieſtatẽ. Necꝫ em̃ domꝰ panis in qua ſal-
uator oriat̃, nõ eſt Manaſſes ille cui appareat qui iſrael re
git, & ſuper cherubin ſedet inquit corã Effraim Bẽiamin
& Manaſſe. Ego arbitror iſtos tres eſſe qui ſaluant̃, quos Pſal.79.
alius quidẽ p̄pheta Noe Danielẽ & Iob noĩauit, eoſdem Eze.14.
quocꝫ & tribus illis paſtoribus deſignari quibꝰ nato an- Lucæ.2.
gelo magni conſilij gaudium magnũ angelus euãgeliza-
uit. Vide aũt ne fortè ipſi ſint & tres magi ueniẽtes iã nõ
modo ab oriẽte ſed etiã ab occidẽte, ut recũbãt cũ Abraã,
Iſaac, & Iacob. Fortè em̃ nõ incõgrue uidebit̃ ad Effraim
quidẽ, quod fructificationẽ ſonat, pertinere thuris obla-
tionẽ, qđ offerre incẽſum dignũ in odorẽ ſuauitatis pro-
priũ ſit eorũ quos poſuit dñs, ut eant & fructũ afferãt, id
eſt eccleſiæ p̄latorũ. Nã & Beniamin filius dexteræ offe-
rat neceſſe eſt aurũ, id eſt ſubſtãtiã huius mũdi, ut uideli-
cet fidelis ppl's in parte dextera conſtitutus à iudice me-
reatur audire. Quia eſuriui & dediſtis mihi manducare Mat.25.
&c. Porrò Manaſſes ſi tamen is eſſe uoluerit cui appareat
deus,

deus myrrhã offerat mortificationis: quã quidẽ à noſtra
ſpecialiter arbitror p̄feſſione requiri. Et hæc dicta ſint ne
ad eã partẽ tribus manaſſe: q̃ circa iordanẽ ſubſtitit perti
neamus: ſed obliuiſcamur magis ea q̃ retro ſunt extenti
& intẽti ad anteriora. Nũc uerò redeamꝰ uſcꝫ bethleẽ, &
uideamus hoc uerbũ qđ factũ eſt, qđ dñs oſtendit nobis.
Domus panis eſt ut iã diximus: bonũ eſt nos illic eſſe: ubi
em̃ fuerit uerbũ dñi, nõ deeſt uticꝫ panis q confirmet cor:
dicẽte propheta. Confirma me ĩ uerbis tuis. Nimirum in
Pſal.118. uerbo qđ p̄cedit de ore dei uiuit homo: uiuit in xp̃o: ui-
uit in eo chriſtus. Ibi orit̃: ibi apparet: nec oĩno amat cor
titubãs, aut uacillans: ſed ſtabile & confirmatũ. Si qs mur
murat: ſi quis heſitat: ſi qs nutat: ſi quis cogitat reuolui in
lutũ: redire ad uomitũ: deſerere uotũ: mutare propoſitũ
ſuũ: nõ eſt bethleẽ iſte: nõ ẽ domꝰ panis. Sola em̃ fames, &
fames ualida in ægyptũ eũ deſcendere, porcos paſcere, ſi
liquas eſurire cõpellit: utpote p̄cul agentẽ à domo panis:
à domo patris: in qua etiã mercenarij panibus abundare
noſcunt̃. Nõ ergo in hm̃õi corde naſcit̃ Chriſtꝰ cui deeſt
fidei fortitudo: uticꝫ panis uitæ, ſcriptura teſte. Quoniã
Abd.2. iuſtꝰ ex fide uiuit: qđ uidelicet animæ uera uita, q̃ ip̃e eſt,
nõ niſi ꝑ fidẽ interim habitet ĩ cordibꝰ noſtris. Alioquin
quomõ ĩ illo naſcit̃ Ieſus: quomõ ſalus orit̃ illi, qñquidẽ
uera oĩno certacꝫ ſentẽtia eſt: ꝙ is tm̃ q ꝑſeuerauerit uſcꝫ
Mat.10. in finẽ ſaluꝰ erit? Nã ꝙ minime inueniat̃ in eo chriſtꝰ, nec
de eis ſit quibus dicit̃: quia unctionẽ habetis à ſancto: ex
eo uel maxime conſtat ꝙ ſine dubio etiã aruit cor illiꝰ: ex
1.Ioa.5. quo oblitꝰ eſt commedere panẽ ſuũ Multo minꝰ aũt ad fi
liũ ꝑtinet dei, qui hm̃õi eſt, ꝙ nõ niſi ſup quietũ & humi-
Eſaiæ ul. lem ac trementem uerba ſua requieſcat ſpiritꝰ ipſius: nec
ſit ulla ſocietas æternitati & tantæ mutabilitati: ei qui eſt
& ei qui nunquã in eodẽ p̄manet ſtatu. Cæterũ quãlibet
firmi, quãlibet fortes in fide: quãlibet parati, quãlibet pa
nibus abundantes: ipſo quidem largiẽte cui quotidie o-
rantes dicimus. Panem noſtrũ quotidianũ da nobis ho-
Lucæ.11. die: neceſſe habemꝰ addere conſequenter: dimitte nobis
debita noſtra. Alioquin ſi dixerimus quoniam peccatum
1.Ioan.1. non habemus. nos ipſos ſeducimus & ueritas in nobis nõ
eſt. Nimirum ueritas ipſe eſt q nõ ſimpliciter in Bethleẽ:
ſed in bethleem iudæ naſcitur Ieſus chriſtꝰ filius dei. Præ
occupemus igitur faciem domini in confeſſione: ut ſan-
ctificati pariter & parati inueniamur & nos Bethleem iu
dæ: atquè ita naſcentem dominum uidere mereamur in
nobis Cæterũ ſi qua anima euſque p̄fecerit quod qui-
dem eſt multũ ad nos ut ſit fœcunda uirgo: ſit ſtella maris
ſit plena gratia, & ſuperuenientem habens in ſe ſpiritum
ſanctum: puto quod non modo in ea, ſed ex ea quoque nõ
dedignabitur naſci. Nemo ſanè id ſibi arrogare p̄ſumat:
niſi quos ipſe ſpeciali deſignatione tanquam digito mõ-
ſtrauerit, dicens. Ecce mater mea & fratres mei. Enimue-
Mat.12. rò audi unum ex iſtis. Filioli mei, ait, quos iterũ parturio
Gala.4. donec format̃ Chriſtꝰ in uobis. Si em̃ naſci uidebat̃ in eis
cum formabatur Chriſtꝰ in eis: quomodo nõ etiã ab eo ſi
militer naſci eũ dicere quis præſumat: qui in ipſis quodã
modo parturiebat? Et tu quidẽ impia ſynagoga hunc no
bis filiũ peperiſti, officio quidã matris ſed non matris af-
fectu. Excuſſiſti eũ de ſinu tuo extra ciuitatẽ, eijciẽs & ele-
uans ſup terrã: tanquam dicẽs eccleſiæ gentiũ pariter &
eccl'iæ primitiuorũ q̃ eſt ĩ cælis: nec mihi nec uobis ſit: ſed
diuidat̃. Diuidat̃ inquã nõ iter utraſcꝫ, ſed ab utriſcꝫ. Ex-
pulſũ em̃ & exaltatũ & eleuatũ, & qdẽ modicè ſatis: tñ ut
nec in tuis eſſet mœnibꝰ nec in terra, ferro undicꝫ coarcta
ſti: ne fortè uel hac uel illac excederet: ut uidelicet à te ſe-
paratꝰ, ad neutrã perueniret illarũ. Sæua nimirum mater,
ita abortiuũ facere uoluiſti, dũ nõ eſſet qui excipere poſ-
ſet excuſſum. Age ergo qd profeceris, imo quàm nihil p̄-
feceris intuere. Vndicꝫ em̃ ingrediunt̃ filie ſyõ: ut uideãt.
regẽ. Salomonẽ ĩ diademate quo coronaſti eũ. Relinquẽs
matrẽ adhæret uxori ſuæ, ut ſint duo in carne una, & ciui
tate pulſus, atcꝫ leuatꝰ à terra, omnia trahit ad ſe: quippe
qui eſt ſuper omnia benedictus deus in ſecula. Amen.

In die natalis dñi de fontibꝰ ſaluatoris. Ser. I.

GRãdis quidẽ eſt dilectiſſimi hodierna do
minicæ natiuitatis ſolẽnitas: ſed dies bre
uis cogit breuiare ſermonẽ. Nec mirũ, ſi
facimus nos breue uerbũ: qñ & deus pr̃
uerbũ fecit abbreuiatũ. Vultis noſſe quã
lõgũ quàm breue fecit? Cælũ, ĩquit, hoc Hie.23.
uerbũ, & terrã ego ĩpleo: nũc caro factũ in ãguſto locatũ
p̄ſepio eſt. A ſeculo ait p̄pheta, & in ſeculũ tu es deꝰ: & ec Pſal.92.
ce factus eſt infans diei unius. Ad qd hoc frẽs: aut q̃ neceſ
ſitas fuit ut ſic exinaniret ſe: ſic hũiliaret ſe: ſic abbreuia-
ret ſe dñs maieſtatis: niſi ut uos ſimil'r faciatis? Iã clamat
exẽplo: qđ poſtmodũ p̄dicaturꝰ eſt ṽbo. Diſcite à me q̃a Matt.11.
mitis ſum & hũilis corde, ut uerax ĩueniat̃, q dicit. Cœpit Marc.6
Ieſus facere & docere. Obſecro proinde & plurimũ rogo
frẽs nõ patiamini ſine cã tã p̄cioſum exẽplar uobis exhi-
bitũ eſſe: ſed cõformamini illi & renouamini ſpũ mẽtis ue
ſtræ. Studete hũiliati q̃ fundamẽtũ eſt cuſtoſcꝫ uirtutũ: ſe
ctamini illã q̃ ſola põt ſaluare aĩas ur̃as. Quid em̃ magis
indignũ: qd deteſtãdũ ãpliꝰ: quid grauiꝰ puniẽdũ, quam
ut uidẽs deũ cæli paruulũ factũ, ultra apponat hõ magni
ficare ſe ſup terrã? Intolerabilis ĩpudẽtiæ eſt: ut ubi ſeſe
exinaniuit maieſtas, uermiculꝰ inflet̃ & intumeſcat. Hoc Phili.2.
igit̃ eſt p̄pter qđ exinaniuit ſe formã ſerui accipiẽs: q in
forma dei, patri æqualis erat, ſed exinaniuit maieſtate &
potẽtia, nõ bonitate & mĩa. Quid em̃ ait apl's? Apparuit, Titũ.3.
inqt, benignitas & hũanitas ſaluatoris nr̃i dei. Apparue-
rat ante potẽtia in rerũ creatione: apparebat ſapientia in
earũ gubernatiõe: ſed benignitas miſericordiæ nunc ma
xime apparuit in hũanitate. Innotuerat iudæis ptãs, in ſi
gnis atcꝫ portẽtis: unde & in ea lege ſæpius ĩuenies: ego
dñs: ego deus. Philoſophis quocꝫ abundãtibus in ſenſu
ſuo maieſtas ĩnotuit: qm̃ iuxta apoſtoli uerba: Quod no- Roma.1.
tũ eſt dei, manifeſtũ eſt in illis. Veruntamẽ & iudæi ptãte
ipſa premebant̃, & philoſophi ſcrutatores maieſtatis op-
primebant̃ à gloria. Poteſtas ſubiectionẽ, maieſtas exigit
ammirationẽ, neutra imitationẽ. Appareat dñe bonitas
cui poſſit homo, qui ad imaginẽ tuã creatus eſt, cõforma-
ri: nã maieſtatẽ, ptãtẽ, ſapientiã, nec imitari poſſumus, nec
expedit æmulari. Quouſcꝫ anguſtata eſt miſericordia tua
in ſola ãgelorũ parte: reliquã occupat iudiciũ cũ toto pa Pſal.35.
riter hũano genere? Dñe ĩ cælo miſericordia tua: & ueri
tas tua uſcꝫ ad nubes, terram uniuerſam condenmans &
aereas poteſtates. Dilatet miſericordia terminos ſuos: ex
tendat funes: expãdat ſinus: attingat à fine uſcꝫ ad finem
fortiter: diſponẽs oĩa ſuauiter. Reſtrictus eſt dñe iudicio
ſinus tuus ſolue cingulum tuum, & ueni miſerationibus
affluens: ſuperfluẽs charitate. Quid tu times ô homo qd
trepidas à facie dñi quia uenit? Venit nõ iudicare: ſed ſal
uare terram. Olim tibi perſuaſum eſt ab infideli quodam
ſeruo, ut furtim tolleres & imponeres regium diadema
capiti tuo. Deprehenſus in furto, quidni timeres, quidni
fugeres à facie eius? Forte enim iam gladium uibrabat
ignitum. Nunc in exilio poſitus, In ſudore uultus tui Gen̄.3.
ueſceris pane tuo. Et ecce uox audita eſt in terra: quia
dominator aduenit. Quo ibis à ſpiritu eius: & quo à
facie eius fugies? Noli fugere: noli timere: non uenit
cum armis: non puniendum ſed ſaluandum requirit.
Et ne fortè dicas etiam nunc. Vocem tuam audiui &
abſcondi me: ecce infans eſt & ſine uoce. Nam uagien- Vbi ſup̄
tis uox magis miſeranda eſt, quàm tremenda. Aut ſi
cui fortè terribilis: ſed non tibi. Paruulus factus eſt:
tenera membra uirgo mater pannis alligat: & adhuc ti-
more trepidas? Vel in hoc ſcies, quia non uenit perdere
te, ſed ſaluare: eripere, & non ligare. Iam aduerſus ho-
ſtes tuos dimicat: iam ſuperborum, & ſublimium colla
tanquam dei uirtus & ſapientia calcat. Duo ſunt tibi ho-
ſtes, peccatum, & mors: id eſt mors corporis & aĩæ. Vtrũ-
què debellaturus aduenit, & ab utrocꝫ ſaluabit te, noli ti
mere. Et iam quidem peccatum in propria perſona uicit:
qñ humanã naturã ſine ulla cõtagione ſuſcepit. Grandis